

FRAGMENTA LATINA CODICUM
IN BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS BUDAPESTINENSIS



*FRAGMENTA CODICUM
IN BIBLIOTHECIS HUNGARIAE 1/1*

**FRAGMENTA
LATINA
CODICUM
IN BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
BUDAPESTINENSIS**

RECENSUIT: LADISLAUS MEZEY

**OTTO HARRASSOWITZ VERLAG
WIESBADEN**

FRAGMENTA CODICUM
IN BIBLIOTHECIS
HUNGARIAE
I/1

FRAGMENTA LATINA CODICUM
IN BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS BUDAPESTINENSIS

1983

OTTO HARRASSOWITZ · WIESBADEN

Recensuit
LADISLAUS MEZEY

cum sociis in opere
ADRIANA FODOR
EDITHA MADAS
TÜNDE WEHLI
IOSEPHO TÖRÖK
PAULO TIMKOVICS
GABRIELE SARBAK
ZOLTANO FALVY
PETRO ERDŐ

FRAGMENTA
LATINA CODICUM
IN BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
BUDAPESTINENSIS

Volumen I

Pars 1

1983

OTTO HARRASSOWITZ · WIESBADEN

CIP-Kurztitelaufnahme der Deutschen Bibliothek

Fragmenta codicum in bibliothecis Hungariae /

[rec. Ladislaus Mezey]. — Wiesbaden : Harrassowitz

NE: Mezey, Ladislaus [Hrsg.]

Vol. 1.

Ps. 1. → *Fragmenta Latina codicum in Bibliotheca
Universitatis Budapestinensis*

Fragmenta Latina codicum in Bibliotheca

Universitatis Budapestinensis / rec. Ladislaus

Mezey. Cum sociis in opere Adriana Fodor . . . —

Wiesbaden : Harrassowitz, 1983.

(*Fragmenta codicum in bibliothecis Hungariae* ;

Vol. 1, Ps. 1)

ISBN 3-447-02354-6

NE: Mezey, Ladislaus [Hrsg.]

© Akadémiai Kiadó, Budapest 1983 · Mezey László

Coeditio cum Akadémiai Kiadó, Budapest

Printed in Hungary

FRAGMENTA CODICUM IN BIBLIOTHECIS HUNGARIAE

*Academia Scientiarum Hungariae
et Ministerio pro rebus culturae Hungarico
facultates praestantibus Comissio pro historia libri
in eadem Academia eodemque Ministerio curam gerit
in Collegio Iosephus Eötvös
Universitatis Budapestinensis*

*LADISLAUS MEZEY
opus regit*

CONSPECTUS MATERIAE

- 9 INDEX NUMERICUS FRAGMENTORUM CUM ARGUMENTIS
- 15 AD LECTOREM
- 27 DESCRIPTIO FRAGMENTORUM 1—300
- 29 BIBLICA, PATRISTICA, SERMONES
- 70 UNIVERSITARIA ET SCHOLARIA
- 122 LITURGICA SINE CANTU
- 181 LITURGICA CUM CANTU
- 241 ABBREVIATIONES, BIBLIOGRAPHIA, INDICES
- 243 ABBREVIATIONES
- 247 BIBLIOGRAPHIA
- 247 Textus et subsidia
- 252 Commentationes per libros et articulos
- 257 INDEX PERSONARUM ET RERUM
- 261 INDEX POSSESSORUM
- 264 INDEX CHRONOLOGICUS
- 265 TEMPUS ET GENUS SCRIPTURARUM
- 266 PROVENIENTIA ET ORIGINIS ET USUS
- 267 DOMINICAE, FERIAE ET FESTA DOMINI PER ANNI CIRCULUM
- 269 INDEX SANCTORUM
- 271 INITIA CANTUUM OFFICII
- 271 Invitoria
- 271 Antiphonae
- 275 Responsoria brevia et proluxa
- 279 Hymni
- 281 INITIA CANTUUM MISSAE
- 281 Introitus
- 282 Gradualia
- 283 Versus alleluiatici
- 284 Sequentiae
- 285 Offertoria
- 286 Communiones
- 287 IMAGINES FRAGMENTORUM PHOTOTYPICE EXPRESSAE

INDEX NUMERICUS FRAGMENTORUM CUM ARGUMENTIS

I. BIBLICA, PATRISTICA, SERMONES

U. Fr. l. m. 1. Beda Venerabilis: Vita Rhythmica Cuthberti	29	20. Biblia Sacra. Vulgata. Hieremias	45
2. Ps-Haymo: Commentaria in Isaiam	30	21. Biblia Sacra. Vulgata. Regum liber	45
3. Leo Magnus: Sermones	31	22. Psalterium biblicum. Versio LXX	46
4. Biblia Sacra. Vulgata. Deuteronomium	32	23. Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monoteseron)	49
5. Gregorius Magnus: Moralia in Job	33	24. Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monoteseron)	51
6. Caesarius Arelatensis: Homilia de beato Job	33	25. Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monoteseron)	52
7. Beda Venerabilis: In Cantica Cantorum	34	26. Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monoteseron)	53
8. Biblia Sacra. Vulgata. Macchabaeorum liber	35	27. Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monoteseron)	54
9. Ps-Dionysius Areopagita: De coelesti hierarchia	36	28. Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monoteseron)	56
10. Ps-Haymo: Expositio in Apocalypsin	37	29. Augustinus: Confessiones	57
11. Passionale: Vita S. Alexandri papae	38	30. Sermonarium	57
12. Biblia Sacra. Vulgata. Ezechiel	39	31. Apocalypsis cum commento seu lectura	58
13. Gregorius Magnus: Moralia in Job	39	32. Gregorius Magnus: Homiliarium in Hiezechielem	59
14. Excerpta in Isaiam prophetam expositionis Gregorii papae, quae in libris eiusdem in Ezechielem et in Moralibus super Job inveniuntur	40	33. Jacobus de Voragine: Legenda Aurea	59
15. Excerpta in Isaiam prophetam expositionis Gregorii papae, quae in libris eiusdem in Ezechielem et in Moralibus super Job inveniuntur	41		
16. Beda Venerabilis: Expositio in epistolam I Petri apostoli	42		
17. Origenes: In Exodum homiliae	42		
18. Hieronymus: Praefatio in Daniele prophetam	43		
19. Homiliarium Carolinum	44		

	34. Miscellanea Franciscana	60		42. Heinricus Suso: Horologium aeternae sapientiae	65
	35. Biblia Sacra. Vulgata. Proverbia	61		43. Jacobus de Voragine: Legenda Aurea	66
U. Fr. I. ch.	36. Sermonarium	61		44. Jacobus de Voragine: Legenda Aurea	66
	37. Biblia Sacra. Vulgata. Macchabaeorum liber	62		45. Biblia Sacra. Vulgata. Regum liber	67
	38. Jacobus de Voragine: Legenda Aurea	62		46. Petrus de Haerenthals: Collectarius in Psalmos	68
	39. Ps-Augustinus: Sermones ad fratres in eremo commorantes	63	U. Fr. I. ch.	47. Jordanus de Quedlinburg: Meditationes de passione Christi	68
	40. Biblia Sacra. Vulgata. Ezechiel	64	U. Fr. I. ch.	48. Sermonarium	69
	41. Commentarium in Sententiam	64			

II. UNIVERSITARIA ET SCHOLARIA GRAMMATICI ET AUCTORES

	49. Priscianus: Institutiones Grammaticae	70		62. Tractatus scholasticus	80
	50. Priscianus: Institutiones Grammaticae (abbreviatus)	71		63. Glossa ordinaria in Ezechielem	81
	51. Eberhardus Bethuniensis: Graecismus	71		64. Glossa ordinaria ad libros Judith et Esther	82
U. Fr. I. ch.	52. Commentarium in Doctrinale Alexandri a Villa Dei	72		65. Glossa ordinaria in Lucam	83
	53. Vocabularium spirituale	73		66. Glossa ordinaria in Lucam	84
U. Fr. I. ch.	54. Guillelmus Brito: Expositiones vocabulorum Bibliae	73		67. Petrus Lombardus: Collectanea in epistolas Pauli	84
	55. Cicero, Marcus Tullius: Epistolae ad familiares	74		68. Petrus Lombardus: Collectanea in epistolas Pauli	85
	56. Vergilius Maro, Publius: Aeneis	75		69. Commentarium in Sententias	86
	LOGICA			70. Thomas de Aquino: Summa theologica	86
	57. Aristoteles: Priorum analyticorum liber	76		71. Thomas de Aquino: Summa theologica, Reginaldus de Priverno: Supplementum	87
	58. Gratiadeus Aesculanus: Lectura super librum sex principiorum Gilberti Porretani	77		72. Quaestio disputata de necessitate creationis	88
	PHILOSOPHIA NATURALIS			73. Quaestio disputata de necessitate creationis	89
	59. Aristoteles: Liber sextus Physicorum	77		74. Quaestio disputata de passionibus	89
	60. Ps-Platon: Liber Quartus cum commento Hehubabes Hamed explicatus ab Hestole	78		75. Tractatus de materia sacramenti Eucharistiae	90
	61. Thomas de Aquino: Lectura in libros Metaphysicorum Aristotelis	79	U. Fr. I. ch.	76. Hugo Ripelin: Compendium theologicae veritatis	90
				77. Collationes in Universitate Parisiensi habitae	92
				78. Postilla in pericopas (Quadragesimale)	93

LEX

79. Codex cum apparatu Accursii Florentini	94
80. Codex cum apparatu Accursii Florentini	95
81. Digesta cum apparatu Accursii Florentini	95
82. Digesta cum apparatu Accursii Florentini	98
83. Johannes Blanascus Burgundus: Commentaria super Titulum et Actionibus in Institutis	99

CANONES

84. Synodi Romanae III et IV	99
85. Synodus Carthagenensis (a. 417.)	100
86. Decretales cum apparatu Bernardi de Botone	101
87. Decretales cum apparatu Bernardi de Botone	102
88. Raymundus de Pennaforte: Summae, cum glossis (apparatu) Joannis de Friburgo	103
89. Bernardus de Botone: Casus longi super quinque libros Decretalium	104
90. Bernardus de Botone: Casus longi super quinque libros Decretalium	105
91. Casus Decretalium	105
92. Lectura in Decretales	106
93. Hostiensis (Henricus de Segusio): Summa aurea	107

III. LITURGICA SINE CANTU

114. Psalterium chori	122
115. Psalterium chori OPaul	122
116. Psalterium chori OPaul	123
117. Psalterium chori OPaul	123
118. Psalterium chori OPaul	124
119. Psalterium chori OPaul	124
120. Psalterium chori	125
121. Lectionarium chori	125
122. Lectionarium chori incerti ritus	126
123. Lectionarium chori monasticum	126
124. Lectionarium chori monasticum	127
125. Lectionarium chori	128
126. Lectionarium chori OCarth	128

94. Hostiensis (Henricus de Segusio): Lectura in Decretales	107
95. Hostiensis (Henricus de Segusio): Lectura in Decretales	108
96. Lectura in Decretales	108
97. Lectura in Decretales	109
98. Lectura in Decretales	110
99. Liber Sextus Decretalium (sine apparatu)	110
100. Liber Sextus cum apparatu Johannis Andreae	111
101. Liber Sextus cum apparatu Johannis Andreae	113
102. Guillelmus Durandus: Speculum iudiciale	114
103. Ordo iudiciarius	114
104. Bernardus Guidonis: Manuale inquisitorum	115

MEDICINA

105. Avicenna: Canon	116
106. Abucasis: Chyrurgia	117
107. Rhazes, Muhammad: Liber ad Almansorem	117
108. Rhazes, Muhammad: Liber divisionum	118
109. Tractatus de morbis hepatis	119
110. Tractatus artis medicae	119
111. Liber Therapeuticus	120
112. Liber Pharmaceuticus	121

ARCHITECTURA

113. Delineatio architectonica	121
--------------------------------	-----

127. Lectionarium chori OCarth	129
128. Lectionarium chori OCarth	129
129. Lectionarium chori OCarth	130
130. Lectionarium chori OCarth	130
131. Lectionarium chori	131
132. Martyrologium	132
133. Breviarium incerti ritus	132
134. Breviarium chori incerti ritus	133
135. Breviarium Salzburgen-se?	133
136. Breviarium Romanum camerale	134

137. Breviarium Franco-Romanum	134	172. Missale Pataviense	158
138. Breviarium incerti ritus	135	173. Missale incerti ritus	158
139. Breviarium Franco-Romanum	135	174. Missale	159
140. Breviarium Franco-Romanum	136	175. Missale incerti ritus	159
141. Breviarium monasticum	137	176. Missale Franco-Romanum	160
142. Breviarium Wratislaviense?	138	177. Missale Franco-Romanum	161
143. Breviarium Franco-Romanum	138	178. Missale Franco-Romanum	162
144. Breviarium monasticum	139	179. Missale	162
145. Breviarium Franco-Romanum	140	180. Missale OCarth	163
146. Breviarium Colocense seu Zagradiense	140	181. Missale	163
147. Breviarium Franco-Romanum	141	182. Missale Franco-Romanum	164
148. Breviarium monasticum	142	183. Missale Franco-Romanum	165
U. Fr. l. ch. 149. Breviarium incerti ritus	142	184. Missale Pataviense	165
150. Liber horarum	143	185. Missale Franco-Romanum (Ratisbonense)	166
151. Sacramentarium	143	186. Missale Strigoniense	167
152. Lectionarium missae Franco-Romanum	145	187. Missale Franco-Romanum	167
153. Lectionarium missae	145	188. Missale Germ. merid.	168
154. Lectionarium missae Franco-Romanum Strigon. ant.?	146	189. Missale Franco-Romanum	168
155. Lectionarium missae Franco-Romanum	147	190. Missale Franco-Romanum	169
156. Lectionarium missae Franco-Romanum	147	191. Missale Franco-Romanum	170
157. Lectionarium missae Franco-Romanum	148	192. Missale Pataviense	170
158. Passio cum cadentiis	148	193. Missale OPaul	171
159. Prosarium missalis Franco-Romani	149	194. Missale Herbipolense	171
160. Prosarium missalis	150	195. Missale Franco-Romanum	172
161. Prosarium OCarm	150	196. Missale OPaul	172
162. Prosarium missalis Strigoniensis	151	197. Missale	173
163. Missale Romanum	152	198. Missale	174
164. Missale Franco-Romanum (Germ. merid.)	152	199. Missale Franco-Romanum	174
165. Missale Cisterciense conventuale	153	200. Missale Olomucense?	175
166. Missale Franco-Romanum	154	201. Missale Franco-Romanum	175
167. Missale Franco-Romanum	155	202. Missale Franco-Romanum	176
168. Missale Franco-Romanum	155	203. Missale Franco-Romanum	177
169. Missale	156	204. Missale OPaul	177
170. Missale Pataviense	157	205. Missale OPraed	178
171. Missale Strigoniensi proximum	157	206. Pontificale	178
		207. Rituale canonicorum vel monachorum	179
		208. Ordinarius liber canonicorum	180

IV. LITURGICA CUM CANTU

209. Psalterium chori cursus ecclesiasticus	181	236. Antiphonale Strigoniense	198
210. Psalterium chori cursus ecclesiasticus	181	237. Antiphonale monasticum	198
211. Psalterium chori cursus ecclesiasticus, Franco-Romanum	182	238. Antiphonale Franco-Romanum	199
212. Psalterium chori monasticum	182	239. Antiphonale monasticum S. Iustinae	200
213. Antiphonale Franco-Romanum	183	240. Antiphonale Romanum	200
214. Antiphonale cuiusdam ecclesiae Hungariae	184	241. Antiphonale Romanum	201
215. Antiphonale Franco-Romanum	184	242. Antiphonale Romanum	201
216. Antiphonale Colocense-Zagrabiense	185	243. Antiphonale OPraed	202
217. Antiphonale monasticum	186	244. Antiphonale Romanum	202
218. Antiphonale Franco-Romanum	186	245. Antiphonale Cisterciense	203
219. Antiphonale Franco-Romanum	187	246. Antiphonale Franco-Romanum	204
220. Antiphonale	188	247. Antiphonale Strigoniense	204
221. Antiphonale OPaul	188	248. Antiphonale Strigoniense antiquum	205
222. Antiphonale Strigoniense	189	249. Antiphonale Franco-Romanum	205
223. Antiphonale Romano-Augustinum	190	250. Antiphonale monasticum	206
224. Antiphonale Romano-Augustinum	190	251. Supplementum ad Antiphonale OPraem	207
225. Antiphonale Strigoniense	191	252. Cantuale incerti ritus (Ital.?)	208
226. Antiphonale Strigoniense ant.?	191	253. Hymnarium OPraem	209
227. Antiphonale Cisterciense	192	254. Hymnarium OPraed	209
228. Antiphonale Franco-Romanum	193	255. Antiphonale Franco-Romanum	210
229. Antiphonale Zagrabien- se vel Colocense	193	256. Breviarium notatum Strigoniense antiquum?	211
230. Antiphonale incerti ritus	194	257. Breviarium notatum monasticum?	211
231. Antiphonale Cisterciense	194	258. Breviarium notatum Franco-Romanum	212
232. Antiphonale seu Vespere Strigoniense vel Agriense ad usum parochialem	195	259. Breviarium notatum Franco-Romanum cursus ecclesiasticus	213
233. Antiphonale Franco-Romanum	196	260. Breviarium notatum Franco-Romanum	213
234. Antiphonale Franco-Romanum	197	261. Breviarium notatum Strigoniense	214
235. Antiphonale Franco-Romanum	197	262. Breviarium notatum usui Strigoniensi simile	215
		263. Breviarium notatum Strigoniense	215
		264. Breviarium notatum Franco-Romanum	216

265. Breviarium notatum Strigoniense antiquum	217	281. Graduale Gnesnense-Cracoviense?	227
266. Breviarium notatum Strigoniense antiquum	217	282. Graduale Strigoniense	227
267. Breviarium Franco-Romanum extra Hungariam	218	283. Graduale (Kyriale) Strigoniense	228
268. Breviarium notatum Strigoniense	218	284. Graduale	228
269. Breviarium notatum Franco-Romanum (Cracoviense)	219	285. Graduale Franco-Romanum	229
270. Breviarium notatum Franco-Romanum (Cracoviense)	220	286. Graduale Romanum	230
271. Breviarium notatum OPaul	221	287. Graduale cum Prosario OPraed	231
272. Breviarium notatum Franco-Romanum	221	288. Graduale cum Prosario	231
273. Breviarium Romanum	222	289. Graduale cum Prosario	232
274. Graduale Franco-Romanum	223	290. Prosarium Franco-Romanum	232
275. Graduale (initium)	223	291. Prosarium	233
276. Graduale Franco-Romanum	224	292. Missale notatum Franco-Romanum	233
277. Graduale Franco-Romanum	224	293. Missale notatum Franco-Romanum	234
278. Graduale Franco-Romanum	225	294. Missale notatum incerti ritus	235
279. Graduale Pataviense	226	295. Missale notatum	235
280. Graduale incerti ritus	226	296. Missale notatum incerti ritus	236
		297. Cantus figurales	237
		298. Cantiones in mensura	237
		U. Fr. l. ch. 299. Cantiones Latina et Germanica lingua in mensura	238
		300. Tonale	238

AD LECTOREM

Librorum manuscriptorum medii aevi copia apud nationes Europaeas varia quidem, sed non inconspicua habetur. Hungaria peiorem in hac re partem sortita est. Quod factum sane dolendum mala fortuna, quam saeculis 16. et 17. patria nostra experiebatur, explicari potest. Temporibus enim infestis illis loca et religionis et studii simul cum bibliothecis, quibus olim ditata exstiterant, immani barbarorum rabie devastata et ad nihilum redacta sunt. Pro tali rerum patriae infausto eventu non erit mirandum, si de codicum in praesenti Hungaria sat modesto numero (1200) pauci tantum originem suam e domibus librariis intra fines antiquae Hungariae petere possunt (160). Ad haec infelicia historiae accedunt mala, quae libri a facie inimici ad confinia ab occasu regni erepti pati debebant. Continuum fere etiam refugii imminens periculum Turcici hostis, angustae se defendendi et liberandi curae, innovatus vel mutatus religionis status libros servandi officium in neglectum verterunt. Hinc quodammodo naturale erat et fieri frequentissime debebat, ut libri incuriae dati sensim dilabi, distrahi, divelli coepissent. Partes librorum aut fornacibus aut bibliopegatum officinis traditae erant. Artifices demum ad ligandos et operiendos impressos libros foliis vel codicum particulis utebantur. Quo modo id fieri solebat, perspicue nos docet pagella quaedam tegumini tomi primi Bibliothecae Tyrnaviensis S.J. catalogi adglutinata (cf Fr.l.m. 94.). Haec vero sunt fragmenta, quae debito examini subiecta libros, auctores, eruditionis genera, ex toto iam dispersa, saltem indiciorum instar, nobis prae oculis ferunt. Ad detegenda fragmentorum arcana intendere pro supervacaneo nullibi habetur. Ast nec hoc negaverim huiusmodi studium in re medii aevi iam maiores ac prope summis operibus suffecturas vires desiderare. Valent vero ista opera multum ad melius cognoscendum complexum rei litterariae patriae in saeculis anteactis. Id enim examini accuratiori etsi non per omnia delimitam, aptam tamen materiam affert. Itaque de ratione operis dictum iam satis est. Nunc de consilio, quo id peragendum esset, sententiam nostram plenius declaramus.

* * *

Ut ergo liber fragmentum tradens ante oculos venerat, primum fuit signaculum, quo ille bibliothecae inscriptus agnosceretur, simul cum auctoris nomine et operis titulo describere. Adicienda fuerunt vocabula illorum, in quorum possessione ipse liber tradens temporibus succedentibus inveniri videtur.

Quo describendi opere peracto liber fragmento tectus manibus opificum datus est. Opifices huius rei gnari fragmentum e tegumento libri arte sua simul cum chartaceis reliquis et impressorum et manu scriptorum seiungebant. Qua materia olim bibliopega ad tegumen libri velut fulmento usus erat. Causa, ob quam una tradita cum libro tradenti operi nostro utile fore duximus, ea est, ut tali modo iter ad locum, ubi liber membrana tectus re vera sit, certius evadat.

Non absimili causa seriem filorum, quae librum tegendi opus inchoat („capitalis” quoque dicitur), cuique opifici forse proprio modo factam, cognovimus una cum libro esse adservandam.

Hinc etiam signa chartarum in materia una tradita ad consequendum finem modo elocutum utilia visa sunt.

Quae omnia labor artificis et librum et fragmentum cum materia una tradita instaurandi excipiebat. Cuius effectum iam ipsum fragmentum a squalore liberatum et, in quantum hoc iniuriae temporum fieri sinebant, lectui facilius ulteriori nostro operi praesto fuit.

Membrana talis speciei phototypice binis exemplaribus expressa signaculum seu numerum locum suum in ordine aliorum fragmentorum edicentem recepit, ac cum materia una tradita, simul cum s.d. „capitali”, signis chartarum et imaginibus phototypicis involucri apto posita bibliothecaeque ad servandum reddita est.

* * *

Finis et ratio, quibus opus motum fuerit, iam clarius — ut credimus — patent, nunc de consilio operis edendi aliqua dicemus.

Tota in Hungaria fragmenta codicum detegendi industria per bibliothecas dirigitur. Hinc et singuli tomi materiam per singulas bibliothecas vel civitates descriptam continebunt. Primus tamen tomus, qui iuxta regulam unice fragmenta in Bibliotheca Universitatis Budapestinensis amplecteretur, in duos semitomos divisus in lucem prodibit. Quorum quidem semitomorum unus fragmenta ipsius Bibliothecae Universitatis inquirenti patefacit, alter tamen materiam eandem e Bibliotheca Seminarii Cleri Hungariae Centralis ad oculos praebabit. Talis modus consulendi causam suam inveniet in facto, quod Libraria Seminarii per Universitatis Bibliothecam exemplaribus duplis librorum saeculo elapso ineunte primitus ditata sit. Dilapsi itaque huius vel alterius codicis folia nunc in hac, nunc in illa bibliotheca super iis tectis libros reperiri potuissent. Quod vero non semel accidit.

Quodcumque fragmentum eiusdem bibliothecae numerum proprium habet. Qui numeri tamen ita currunt, ut intra quaternas classes varia

litteraria genera adspicientes metam inveniant. Tales classes fragmentorum quattuor esse statuimus non alia quam experientia in labore magistra.

Prima ergo classis respicit ad Bibliam eiusdemque commenta, ad patrum ecclesiae opera, ad rei oratoriae sacrae vel spiritualis asceseos aut mysticae libros.

Secunda classis respectum habet ad libros scholarum usui acceptos, auctores, philosophorum cum suis commentis opera, theologiae scripta, iuris utriusque et textus et elucubrationes, medicinae ac, si quae reperiri potuerint, architecturae documenta.

Tertia classis habet in se liturgica sine cantu, id est reliquias librorum ad officium chori vel ad officium missae servientium, absque tamen notis.

Quarta classis continet liturgica cum cantu seu fragmenta librorum, qui vel ad officium missae vel ad officium chori seu alias ad ecclesiasticum cantum, et plano et mensurali canendi modo, notis sive neumatibus instructi fuissent.

Quaternarum harum classium uni inseri poterant fragmenta iam primo, ut istorum argumenta noverimus, visu. Quali modo etiam litterarium genus, intra cuius provinciam et auctor et opus, de quo partes codicum oculis nostris oblatae remanserunt, quaerenda essent. At, ut recte inquiratur, a certo initii signo initiandum est. Quod initium scripturae genus et aetas „termini — ut aiunt — ante quem” speciem ferentia ministrabant. Dicendum ergo nunc est et de scripturarum generibus et aetatibus, sed etiam de parte, quam in opere constituendo scripturarum cognitio habeat, sub quibusque nominibus scripturae apud nos veniant.

Descriptis magnitudinibus fragmenti iuxta extremitatem maximam et minimam per millimetra lineisque, quae exstant, numeratis de punctis linearum ordinem regentibus an adsint dicto, de scriptura statim legitur.

Scriptura fragmenti primo nomen in re palaeographica usitatum recipit. Quod vocabulum communiter nomenclaturae convenit, quam „Nomenclature des écritures livresques du IX^e au XVI^e siècle” singulis generibus scripturarum tribuit. Operi nostro hanc nomenclaturam parumper accomodavimus. Ut parti sat insigni, quam scripturae recta agnitio in toto labore fragmentum describendi habet, congrue rationem reddamus, species scripturarum ad unumquodque genus pertinentes crebriore differentia inter se distinximus.

Sic videbis, ut carolinam postcarolina excipiat, et haec adhuc iuxta saeculum exarationis cognominetur. Ut autem iter scripturae versus s.d. formam gothicam vel tenue adumbretur, vocabulis praegothica, gothica primaeva usi sumus. Quae vocabula cuidam speciei intra genus scripturae adineat, modum, quo scriptura ad textum exarata sit, seu habitudinem ad formam litterarum genuinam (formata) indicant. Itaque gothica textualis formata sit antiquarii opus

perfectum, textualis vero, quae licet non tam perfectum, bonum tamen atque ad legendum facile praebet iter.

Talibus vocabulis — si rectum videatur — alia cognomina speciem scripturae accuratius signandi gratia adduntur. In primaeva vel etiam progressa aetate litterae carolinae regionem vel scriptorium signans vocabulum esset adtribuendum. Simili fere modo in aevo scripturae gothicae dictae, usum scriptorum prout casus affert, vel litteram Parisinam vel litteram Bononiensem speciem signanti vocabulo adiecimus. Cui rei propius accedit indolem scripturae temptando innuere. Talis dicendi modus nihil aliud sibi vult, nisi litteram gothicam fragmenti certae regioni in Europa suspiciendo magis quam asserendo tribuere. Quae suspicio fundamento omnino carens non est. Si enim casu Gallia, Italia vel Germania nominetur, opinio nostra egregio illo operi debetur, cuius inchoandi et ducendi honor clarissimo viro Carolo Samaran, rei palaeographicae in hac nostra aetate facile principi, eandemque rem inter nationes curanti regentique collegio addicitur. Quod opus — ut bene scimus — Collectionem manuscriptorum sub certis datis exaratorum audit. Exempla scripturarum per illud opus quaerenti adlata nos ad edicendam de indole opinionem — analogiae instar — iuvabant. De indole vero — ut dicimus — Hungarica sensa nostra fragmenta, quae in huius laboris cursu in posterum quoque superveniunt, semper securius formare sinunt. Qua de re in altero tomo huius Descriptionis amplius dicere in mente habemus, cum scilicet materia maior ad fulciendam opinionem de indole scripturae gothicae — si dicere possit — Hungarica praesto erit. Ast cum in hoc volumine lector iam saepius „indolem Hungaricam” nomini et cognomini scripturae adiectam inveniet, pauca hoc loco de ista praeloqui liceat. Indolem ergo Hungaricam scripturae gothicae eam esse dixerim, quae tractando litteras „fractura” linearum visa Germanico mitior, Francigeno vel Italico sensui propior apparet.

Sicut libraria littera procedendo a sua forma genuina vel eundem vel diversum gradum ostendit, sic et cognominatur, ita usui quotidiano vel agendis rebus aptior litterae nota (ut dicitur scriptura cursiva) primitus, e contrario ad formam librariae litterae lineis arctiore modo ad invicem iunctis exaratae, lineis magis disiectis, natura sua formam ostendit. Itaque scriptura cursiva per gradus et nomina in hoc libro signantur, quibus librariae litterae textum legendo clarae propinquior evadit, usquedum et ipsa textualis dici queat.

Generibus scripturarum adtinentia breviter sic protulimus, nunc de aetate earum dicemus. Aetas scripturae, si quid de ea fragmentorum lineae paucae et lectui saepe difficiles opinari sinant, hac ratione ordinata datur. Saeculum, in quo scriptura exarata fuisset, dividitur per numerum 1 et 2, quibus prima aut altera medietas saeculi indicatur. Numeris subsequentium saeculorum pauca decennia ante vel post inchoatum saeculum innuuntur. Singulis litteris in. vel ex. seu m.

idem saeculum ineuns vel exeuns sive medians esse designatur. Quae omnia egregio operi, de quo supra, innitendo ausi sumus.

* * *

Ornamenta, si tamen supersint et examini se praebeant, tali ratione describebantur. Omnia, quae sunt a textuum scriptura distincta, officiose notantur. Lineae ergo rubro vel scriptae vel subductae, litterae initiales dictae an coloribus rubro vel caeruleo scriptae emineant, vel etiam alio decore ornentur, seu imaginibus intra litteram positis, quae historiae dicuntur, gaudeant, eo sermone, qui modo loquendi peritorum in hac disciplina propius accedit, conscripta leguntur. Liber tradens, de quo iam superius quaedam diximus, liber iste est, qui fragmento coopertus olim fuit, fragmentum ergo nobis tradidit.

* * *

Si persona vel collegium, cui liber quondam pertinuerit, ipsi inscriptum invenitur, hoc iam notandum venit. Id enim locum indicare potest, ubi biblioepa residuis foliis dilapsi iam codicis usus esset. Nomen possessoris ergo provenientiam, quam vocamus, eruere nos iuvabit. Quaerendum tamen erat etiam de vita possidentis seu de historia collegii, qui olim libris tradentibus potiebantur. Cum maioris sit momenti multo maiorem partem omnium fragmentorum hucusque descriptorum e bibliothecis Societatis Jesu Posenii et Tyrnaviae (olim in Hungaria Superiore, nunc in Slovachia) originem habuisse. Ambae haec civitates ss. 16. et 17. tempore periculi Turcarum et etiam postea pro locis refugii archiepiscopi Strigoniensis cum suo sacro collegio habebantur. Ad easdem vero civitates multi coetus, etiam mulierum religionis, profugi e variis afflictis regni partibus res suas, quas salvare poterant, secum portantes advenerant. Inter has res etiam libri, qui alicuius pretii erant, inveniebantur; tales praesertim, qui in cultu divino ritu proprio persolvendo necessarii erant. Sed et innovatae religionis sectatores, qui e collimitaneis regionibus Hungariam adierunt, aut e Hungaria ad exteriora studiorum causa mearunt, libros fragmentis codicum tectos secum tulerunt. Quibus in librorum possessione Collegium S.J. Poseniense versus s. 17. exeuns successerat. Nec tacendum erit usum bibliopolarum fuisse libros typis excusos sine aliquo tegumento in statu, qui dicitur cruda, remanentes venumdari. Cura ergo operiendi libros emptoris erat. Quibus omnibus consideratis librum tradentem totius rei, quae circa fragmenta versatur, insigniorem partem esse censuimus, sic et tractavimus. Hanc partem maiorem libro tradenti vel eo quoque iure tribuimus, quod subtus libri tegumen residua et manu scriptorum et impressorum inveniuntur. Talia vero in eo loco, quo liber fragmento tectus esset,

bibliotegeae certissime inserviebant. Notis in libro tradenti inventis et talia de quaestione provenientiae nos uberius docere potuerunt. Quid de s.d. capitali, quid de signis chartarum sentiendum sit, iam supra diximus. Verum in describendis fragmentis praesentis semitomi illorum et unum et alterum desideratur. Quod quare deficeret, ex adiunctis in illa Bibliotheca causae nostrae minus propitiis intelligas. Sed iam in alio semitomo et in illis, qui favente Deo sequerentur, nec de ambobus his tacebimus.

Quaestioni de provenientia, ut videri potest, sat arduae pauca demum addimus. Non minime interest cognoscere locum, ubi fragmentum ceu libri tradentis tegumen servire coepisset. Talis locus quidem certiores nos reddit de regione, ubi codex, cui folium adtinuerat, in usu fuerat, non autem (exceptione facta de maxima parte librorum liturgicorum) de loco vel regione ortus sui. Itaque provenientiae duae sunt aut originis aut usus dicendae. Sive de una sive de altera, ne dicam de ambobus aliquid non sine labore scire potest. Operis tamen pretium est de provenientia etiam usus certum vel vero simile eruere. Codex enim, etsi in hac vel illa patria ortus, sed tantum notus et in usu esset, iam litteris colendis conatibusque eruditis ibidem inserviebat. Fragmentum perinde litterariae haereditatis patriae integrans pars censi debeat. Itaque provenientiam et originis et usus inter se iure distinximus.

* * *

Omnibus, de quibus hucusque, rite scitis et scriptis iam quaestio adgredienda fuisset, quid de auctore, de ipso opere et de loco, ubi in lucem prodiret, sentiendum esset? Tali quaestioni respondere studuimus modo, ut sequitur. Iam superius dixeramus terminum ante quem ad ordinandum indaginem scripturae debere. Itaque primum erat fragmentum uni e quaternis generum litterariorum classibus tribuere, mox ipsum genus, cui pertinuisset, indicare. Deinde scriptura terminum ante quem indaginis afferente intra fines generis litterarii auctorem cum suo opere scire nitebamur. Prosper eventus huius laboris multoties illi facto iungebatur, quod nostrates bibliothecae librorum optando apparatu ditatae essent vel non. Conatus tamen nostri etiam rebus non faventibus — ut licuit — probi esse volebant; quod successus monstrat maiorem numerum fragmentorum non sine auctore vel operis inscriptione, in liturgicis vero non absque mentione ritus mansisse. Ast plerumque etiam si fragmenta adespota sint, partes parvae speciminis instar excerptae inquiringium labori, ut speramus, proderint.

* * *

Reddenda nunc est ratio de singulis classibus describendis vel potius de tractando fragmenta iuxta genera unicuique illarum classium ascripta.

In prima, ut dicimus, classe de Bibliae libris describuntur, quae remanserunt fragmenta, et ea tantum, quae codicibus non usui chori servientibus pertinebant. Lectionaria enim, quae biblicos libros ad legendum in cultu divino dispositos continent, id natura rei exigente, classibus tertiae et quartae adnumerari debent. Descriptioni demum fragmentorum e codicibus biblicis remanentium, ineunte saeculo 13. antiquiorum lectiones variae adiiciuntur. Variae autem lectiones Vulgatae versionis ad fidem editionis Stuttgartianae recensentur. Bibliae commenta, seu exegeseos libri cum suis auctoribus, in quantum hi ultimi sciri poterant, semper ad textus capita et versus iuxta usum editionum recentioris aevi ordinantur. Lectiones variae ratione simili, qua ipsis Bibliae libris describendis regebamur, prorsus non obmittuntur ad antiquiora praesertim fragmenta. Quod fit formandi vel fulciendi de auctore iudicii gratia. Sed etiam de glossis sive marginalibus sive interlinearibus, si quae adsint, cum mentione notarum libris in medio aevo utenti manu illatarum suis in locis dicitur.

Eodem fere modo de fragmentis e scriptorum ecclesiasticorum seu patrum operibus remansis agebamus. Etiam de aliis auctoribus seu libris aevo medio nobis occurrentibus, de quibus et in hoc volumine aliquid invenies, haec, ut intelligas, petimus. De fragmentis adespotis praesertim rei oratoriae sacrae pertinentibus ac de aliis hiis similibus, quae de spiritualitate — ut aiunt — nos docent, argumentum operis vel opusculi sine textus, cum excerpto specimine datur.

Secunda classis dat locum fragmentis scholarum olim usui inservientibus, quae grammaticis incipiuntur et maioribus facultatibus finiuntur (ut iam superius hic dictum est). Rationem agendi in primae classis rebus expositam, iuxta modum, et hic servavimus. Maior in hac secunda classe cura erat disciplinas, quoad fragmenta ipsa id fieri permittebant, ab invicem accuratius seiungere. Loca item, ubi libri olim conscripti fuerint, originem a quonam studio duxerint, quantum licuit, modo pressiore indicavimus. Ex quo praecipue ad patriae rei litterariae statum ante saeculum 16. habitudinemque eius ad melius cognoscendum eventus Europaeos in excolendis artibus et disciplinis aliquid profuturum esse speramus.

Tertia classis fragmenta habet liturgica sine cantu ita distributa, prout ad officium missae seu ad officium chori conscripta essent. Primo generi ergo sacramentaria, lectionaria et missalia plenaria adnumeravimus. Etiam hac in re nihil obmittere voluimus, quod ulterius rem declarare intendenti utile esse poterit. Pericopas tamen, si notissimae sint, uti pericopae in festis per annum et dominicis plerumque, sine locis biblicis scripsimus; quos vero semper adesse notabis, si de pericopis minus notis, uti feriarum per annum sive de communi sanctorum, agatur. Ritum sive ecclesiasticum seu

canonicalem sive monasticum, ut dicitur, cui fragmentum adscribendum sit, aut dioecesim aut ordinem religiosum presse exprimimus, vel si non, saltem patriam, ad minus vero sive ritum Romanum secundum Curiae usum, sive ritum Franco—Romanum in aevo Carolino reordinatum, innuimus. Quorum quidem rituum cuidam fragmentum olim pertinuisset, libris liturgicis et dioecesium et ordinum religiosorum Hungariam antiquam incolentium textus contulimus, et postea libros liturgicos collimitanearum regionum — ut videbis — inspeximus.

*Quarta classis persimilem ei, de quo locuti sumus, fragmenta liturgica cum cantu tractandi et describendi modum habet. Duo tamen huius classis genera litteraria, prosarum seu sequentiarum liber et liber hymnorum seu hymnarium proprie inscribuntur. Sic id possibile esse, an hi libri primitus antiphonali missae seu graduale vel antiphonali officii pertinuerint, non respeximus, cum factum fragmento unico teste semper statui nequisset. De notarum musicae speciebus non multa dicimus, de hac re plus dicendi auctoritatem huius rei peritorum, praesertim extra patriam, agnoscimus. Id tantum propria industria fecimus, ut notarum species nomenclaturae cl. viro H. Staeblein debitae (*Musikgeschichte in Bildern — Bd. III pp. 32—33.*) terminis indicavimus.*

In omnibus his quaternis classibus fragmentorum unicuique numero nota historica et aestimatio ipsius fragmenti additur. Quae et ad fata libri iam dispersi et ad valorem textus vel auctoris in hac nostra historia aequae ac re litteraria patriae vel extra respectum habet, ac de opinionis nostrae fundamentis rationem reddit.

* * *

De fine operis, de ratione in describendo collectam materiam statuta, et consequenter quam formam descriptam ipsum opus praebeat, iam satis diximus.

Elationis crimine forse non maculamur, si nos nonnullorum, quae humili nostra mente in bonum optati finis propensius cedant, paucis verbis iam hic meminimus.

In prima classe fragmentorum maioris pretii illa aestimari possunt, quae originem suam ex aevo carolino petunt, quaeque — ut putamus — primis codicibus, qui tempore S. Stephani regis in Hungariam et, ut videtur, Strigonium vel Albam Regiam illati sunt, non absque causa adnumerari possunt. Inter ea, quae e saeculo 11. remanserunt, fragmenta primum facile obtinet locum fr. l. m. 9. De coelesti hierarchia (c. 13.) Ps-Dionysii cum glossis, quae iam codice in hac patria utentis manu textui adscriptae esse videntur. Inter alia et posteriora concordantia evangelica Zachariae Chrysopolitani pro fragmento insolita mole, sed etiam manuscriptorum rei peritiae gratis proprietatibus eminet. Sed, ut hic de aliis taceamus, quae de singulis

existimanda sint, in hoc tomo notae in fine descriptionum singularum positae legentem docebunt.

Secunda classis fragmentorum non parvum numerum in se habet, qui cum universitarii studii vel fructus vel subsidia sit ad necessitudinem cognoscendam, quae inter hanc patriam et studia Parisiorum vel Bononiae existeret, adusque insolitam copiam affert. Intelligendum hoc sit tam de fragmentis ex operibus S. Thomae Aquinatis emersis, quam etiam de iis, quae notitiae in Hungaria Aristotelis et per factum et per tempus maiorem lucem praestant. Ad plenius dignoscendum omnia in hac fragmentorum classe labor adhuc incompletus mansit, perquirere scilicet glossas, quae a manu olim codice utentis textui vel commentis hinc indeque adiectae essent.

Labore nostro instituti audemus fateri has classes, quarum praestantiores parumper inspeximus, fini operis magis interesse. Fragmenta ergo in his duabus classibus collecta ac descripta cognitioni — ut speramus — meliori securaeque rei litterariae, eruditionis, cultus in Hungaria medii aevi ita proderunt, ut nec utilitati aliarum nationum omnino deficient.

* * *

In merito huius operis feliciter exequendi primum certe locum ambae priores classes obtinent. Ast tertia et quarta classis, quae fragmenta liturgicam spectantia adhibent, priores classes memoratas non longe sequuntur. Patet enim omnibus, qui studia medii aevi colunt, rem liturgicam quaerenti historiae veritatem illius aevi non minime prodesse. Itaque etiam intra res Hungariae medii aevi, litteras in choro et in schola formantes nec minus et polientes, liturgiae magna pars debetur. Hinc in labore arduo fragmenta liturgica examinandi, pro solatio semper erat praë oculis et manibus habere residua librorum, quae ad varios ritus olim in hac patria notos pertinuissent. Hic notandum esse censeo fragmentorum non parvum numerum, qui pro vestigiis ritus Strigoniensis saeculis 12—14. tenendus sit, quibus nempe temporibus codices usum Strigoniensem tradentes vel plane desunt. Simile quid sit de ritu olim proprio Eremitici Ordinis Paulinorum ex Hungaria oriundi dicendum. Item etiam de illo fragmentorum insperato numero, cursum monasticum monachorum S. Benedicti in antiqua Hungaria illustrati, sentiendum esset. Haec sunt fragmenta illa raptim memorata, quae ad finem intentum operis nostri prosequendum maioris pretii aestimavimus. Plura tamen sunt et alia, quorum valor ad promovenda medii aevi studia adeo minor habendus non est. Denique ut de opere in prima, quam perlustravimus, Bibliotheca iam perfecto fiducia non vana, ut summatim dicam, fructus hucusque percepti ad laborem ulterius ferendum et pro auxilio et pro spe boni eventus nobis proderunt.

* * *

Cum de acti operis et ratione et forma ac hiis coniunctis uberius diceremus, adhuc superest illis, qui laboribus iam executis eos vel fovendo vel in eis aestuando nobis adstitissent, grati animi sensa proferre. Ante alios quoscumque Iosephi Garamvölgyi memores esse debemus, qui cum in annis proxime praeteritis ministri Hungarici in rebus culturalibus vices gessisset, huius causae patrocinium unus omnium maxime suscepisset, pro re facultatibusque daret operam, ut labores nostri iis potiti quantocius adorianentur. Pariter libenti animo et illis gratias referre debemus, qui primo fautori praelaudato in eius intentione exequenda operam studiumque impendebant, ne conatus nostri inanes fiant. His verbis Petri Zircz et Magdalenae Kondor nostris curis impensum animum meminimus, qui his annis in eodem ministerio rei bibliothecariae dirigendae operam navabant. Nec desit gratitudinis verbum Academiae Scientiarum Hungaricae et personaliter Francisco Rottler potissimum pro non modico iuvamine praestito. Aequae hoc officium dicendi gratias postulat Ladislao Mátrai Academiae Scientiarum Hungaricae socio atque Bibliothecae Universitatis Budapestinensis moderatori gratitudinis munus reddere, qui pro sua humanitate permisit, ut hoc opus fragmenta colligendi in praefata Bibliotheca initium capiat. Collegium a Iosepho Eötvös nominatum Facultati Litterarum et Philosophiae in Universitate Budapestinensi adsociatum et excolendae iuventuti ad opus apte perficiendum et ipsi operi sedem ac tecta munifice dedit. Honestatis debitum exigit quoque, ut illis in hac disciplinarum provincia summa laude cognitis, qui si nos laboribus cogentibus id quaesivissemus, opem pro sua liberalitate erudita semper largierunt. Quorum nomina, ut discas, quibus adiutoriis fuisset, hic lege: Prof. Bernhardus Bischoff (Monachum), Prof. Maria Theresia d'Alverny (Lutetiae Parisiorum), Monica Garand (Lutetiae Parisiorum), Léon Gilissen (Bruxellae), R. P. Fr. Guyot O. P. (Crypta Ferrata prope Romam), Prof. Iacobus de Font Réaulx (Avenionis), Prof. Franciscus Unterkircher (Vindobonae), Prof. Otto Mazal (Vindobonae), Dr. Eva Irblich (Vindobonae), Prof. Isaias de Rosa Pereira (Ulyssponae) ac Prof. Anscharis Mundó (Barcinonae), qui una cum Prof. Mazal huius operis examinandi munus exsecutus est. Nunc iam ad illos venimus, qui primo disciplinis a nobis traditis discipuli erant, postmodum vero pro nostro modulo exculi in laboribus maiore minoreque temporis spatio nobis adstiterant. Ordinem tali ratione memoria dignorum aperit Dr. Adriana Fodor, quae in hoc primo semitomo Universitatis Bibliothecae, de cuius sociorum numero et ipsa est, industria bonoque animo plurimum praestitit. Cui proxime accedit Dr. Editha Madas. Partes suas habuerant etiam Paulus Timkovics et Dr. Iosephus Török, quibus tardius se iunxit Gabriel Sarbak. Partem suam in agnoscendo librorum decore optime egit Dr. Tünde Wehli, dum in eis, quae ad artem musicam spectant, Doc. Univ. Dr. Zoltán Falvy nos adiuvit, cui aliquamdiu Ioanna Szendrei praecessit. Resarciendis membranis

sed etiam et chartaceis pagellis M. Pándi, B. Rajnai, I. Tóth, A. Varga, Gy. Szlabey ingeniose operam dabant; imagines vero phototypice sollerter expressit G. Frey.

Haec cum nos videas pro bono rei publicae litterariae et Patriae et Europae, in quantum vires suppetunt, laborare, quid de hoc qualicumque opusculo censere velis, facile iudicabis. Itaque non erimus longiores.

Datum intrante mense Septembri, A. D. MDCCCCLXXVIII

LADISLAUS MEZEY

DESCRIPTIO FRAGMENTORUM

1—300

BIBLICA, PATRISTICA, SERMONES

U. Fr. I. m. I.

s. 8/9.

BEDA VENERABILIS

Fragm. membr. — ff 2, quaternionis primum et ultimum folium — 173 × 256 mm — unica columna — lineae exstantes f 1 15, f 2 10, orig. cca 19 — pars scripta non integra *130 × *90 mm, integra cca 160 × 100 mm — TAB. I.

SCRIPTURA: insularis „manus acuta” s. 8/9. — ad explicit capitalis — manus unica — abbreviationes paucae et consuetae.

ORNAMENTA: inscriptio litteris maiusculis in rubro.

LIBER TRADENS: Inc. 855: Mirabilia, historia et descriptio urbis Romae. Roma, post 1500 [?]

POSSESSOR: „Catalogo Collegii Poseniensis inscriptus 1692.”

PROVENIENTIA: orig. Monast. ad S. Gallum?, usus Strigon.?

BEDA VENERABILIS: VITA RHYTHMICA CUTHBERTI 34., 46.

f 1 inc.: *turpiter infecto . . .*

des.: . . . *summi severe [rigarem]*

f 1' inc.: [*Ultima iamque patris*] *maneant sententia*

des.: . . . *sanaverit aegrotus*

f 2 inc.: *Haec tibi cunctorum . . .*

des.: . . . *perpetua in Domino*

f 2' [*Expli*] *cit liber de virtutibus sancti Cudberti Lindisfarnensis ecclesiae episcopi amen*

ED.: Jaeger, W.: Bedas metrische Vita sancti Cuthberti, Palaestra 198. Leipzig 1935. lineae 724—738., 743—756., 970—979.

PUBL.: Mezey, L.: A budapesti Egyetemi Könyvtár VIII. századi Bédátörédéke [Fragmentum Bedae s. VIII. in Bibl. Univ. Budapest]. = MKSz 1962. 18—24.

NOTITIA: aliud fragmentum eiusdem codicis in Bibl. Nat. Hung. Széchényi (Publ.: Lehmann: Mitteilungen . . . 4—6.) — Forse eiusdem scriptoris, sed, ut videtur, non eiusdem codicis: Hornung: 344—346.

U. Fr. l. m. 2.

s. 9/in.

[PS-]HAYMO

Fragm. membr. — f 1 — 150 × 200 mm — binae columnae — lineae exstantes 17, orig. 30 — pars scripta non integra *120 × *180 mm, integra 280 × 200 mm — lineatio — TAB. II.

SCRIPTURA: minuscula carolina primaeva s. 9/in. — ut videtur, Italiae super. vel Nonantulensis (Mss dai t. I: dat., loc.) — manus unica — abbreviatio- nes consuetae — pro litt. *a*: *a* form. unc. et *cc*; *e* praecarolina — ligaturae: *et*, *ti*, *ri*; *e* caudata; pausa media: punctum in medietate lineae, pausa finalis: duo puncta cum virgula.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: originis ex indole scripturae sequitur; cum liber tradens non sit iam notus, sed — si recte suspicetur — is quondam incunabulum Bibl. Univ. fuisse. Quo in casu provenientia usus etiam e Hungaria quaerenda esse poterit.

[PS-]HAYMO: COMMENTARIA IN ISAIAM L. 1. c. 4.

f 1 col. 1.: inc.: [di]centes. Panem nostrum ...

des.: ... Ne ergo absque semine

col. 2.: inc.: Invenire In quo perhenni ...

des.: ... conceptionis pleni[ssime]

f 1' col. 1.: inc.: [senten]tiarum unius cuiusque ...

des.: ... sublimis ipse est

col. 2.: inc.: millia. Econtra scribis ...

des.: ... quia a Christo

ED.: PL 116,742—744.

VARIAE LECTIONES: f 1: operemur 742C: operiemur; opprobrium: Obp[ro]brium; reversae 742D: reversi; potuit fieri: *o. i.*; in quo aeterna statione quiescerent 743A: in quo perhenni [quiesce]rentur; Non enim tunc primum (septem dona Spiritus sancti, quae designantur per) septem mulieres, apprehenderunt 743B: [Non] enim tunc primum istae muliere[s] apprehenderunt; baptismatis 744B: paptismatis; terrae ipse est: terrae sublimis ipse est; videntibus apostolos predicare 744C: videntes apostolos constanter predicare; residuus: et residuus [= Vulg.]; sanctus vocabitur, quia: sanctus id est.

NOTITIA: Textus Commentarii in Isaiam, quem fragmentum nostrum exhibet, textui Pseudo-Haymonis Halberstadensis propinquus satis est, sed ab illo differt. Hoc lectiones variantes clarius faciunt. Fragmentum omnibus hucusque editioni Haymoniani commentarii inservientibus codicibus et antiquius et ipsi praesumpto auctori coevum forsitan aliam originis suppositionem Isaianae Expositionis dat. Auctor ergo

huius in Isaiam commentarii potest esse ab Haymone Halberstadensi alius, cum codex nostri fragmenti certe in Italia exaratus haud iam coeui auctoris in Saxonia episcopi opus traderet. Tali opinioni forsitan et illi consentirent, qui auctorem Remigium vel Haimonem Altissiodorensem esse putaverunt. Ast aetate scripturae perpensata nec hoc edicere prohibemur codicis frustulum antiquius esse et Haymone Halberstadensi, immo Remigio et Haimone Altissiodorensibus.

U. Fr. l. m. 3.

s. 9/1.

LEO MAGNUS

Fragm. membr. — f 1 — 330 × 205 mm — binae columnae — lineae exstantes 26 — pars scripta integra 270 × 160 mm — lineatio — TAB. III.

SCRIPTURA: minuscula carolina Italiae s. 9/1. — ut videtur, Farfensis; (Mss dai t. IV: dat., loc.) — manus unica — abbreviationes consuetae — signum citationis — ligaturae: *et, ex, ret, ec, er* — pro litt. *a*: a form. unc. et cc; *e* super seriem eminet, sed et aliam formam in litterarum serie manentem in usu habet.

ORNAMENTA: littera initialis „A” picta in coloribus virideo, griseo, rubro. Inscriptio litteris maiusculis in rubro.

LIBER TRADENS: ignoscitur, sed summe verosimile est librum tradentem inter incunabula, vel antiqua, recentius novis tegumentis provisiva, quaerendum esse.

PROVENIENTIA: Ital. est quoad originem; quantum vero ad usum libro tradente ignoto idem dici potest.

LEO MAGNUS: *SERMONES 91—92.*

SERMO VI (91) De ieiunio mensis septimi

inc. fragm.: [*age*] *ret qui enim factus est forma servi forma Dei esse non destitit . . .*

des.: . . . *in gloria est Dei Patris vivens et regnans*

SERMO VII (92) Item de ieiunio mensis septimi

inc.: *Apostolica institutio dilectissimi quae Dominum Jesum Christum ad hoc evenisse in hunc mundum*

des. fragm.: . . . *et diligis proximum tuum sicut teipsum.*

ED.: CChL 138a. 566—568.

VARIAE LECTIONES: (CChL) f: Verbum 566,43: verum; qui Deus est 566,46: quid Deus est; respuite 566,48: respuit te; elemosinae 566,49: elymosine; contagio

polluantur 566,49: contagia polluat; Filii 566,52: filii; et cum Spiritu 567,67: et Spiritu; varietates 568,7: veritates; moralia 568,10: mortalia; — *Textus huius fragmenti PL praeualet.*

NOTITIA: numerus CLXXI sermoni VII de ieiunio mensis septimi praefixus nullo modo codicem Leonis directe tradentem accipi sinit. Numerus enim huius sermonis in diversis editionibus vel XCII vel XC (= PL). Fragmentum itaque talem exhibens numerum codici diversorum auctorum textus continenti (Homiliario) olim se pertinuisse suadet.

U. Fr. l. m. 4.

s. 9/1.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 240 × 50 mm — unica columna, orig. binae — lineae exstantes 35 — pars scripta non integra 252 × *32 mm, integra cca 252 × 180 mm — punctatio et lineatio — TAB. IV.

SCRIPTURA: minuscula carolina Turonensis, s. 9/1. (Rand Pl. LXXXII. 3.) — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: duae initiales maiusculae brunatici coloris (m. scriptoris).

LIBER TRADENS: Cod. Germ. 1.: Johann von Neumarkt: Hieronymus — Briefe. [ante 1426.]

POSSESSOR: Carthusia Vallis S. Antonii in Lechnic (s. 14—16.); a tempore Iosephi II [1787.] Bibliotheca Univ. Budapest.

PROVENIENTIA: orig. Gall., usus Hung.

*BIBLIA SACRA. VULGATA. DEUTERONOMIUM 11,16 —27;
12,15—22.*

f 1 inc.: *et recedatis a [Domino] . . .*

des.: . . . *Benediction[em si]*

f 1' inc.: *[autem comedere volueris] et te . . .*

des.: . . . *[mundus et immundus] in commune*

ED.: —, Stuttgart 1969.

VARIAE LECTIONES: comedere 12,15: come dere; versaris 12,19: verse[ris]

PUBL.: Fodor, A.: Az Egyetemi Könyvtár Karoling-kori Deuteronomium töredéke a lechnici karthauziak könyvtárából (Fragmentum Deuteronomii aevi Carolini e bibliotheca OCarth Lechnicensi) = MKSz 1976. 4. 371—380.

NOTITIA: ad verba *Si enim custod[ieritis]* (c. 11,22) et *En propono* (c. 11,26) numeri L et LI textum dividentes in margine leguntur.

U. Fr. l. m. 5.

s. 11/1.

GREGORIUS MAGNUS

Fragm. membr. — f 1 — 190 × 318 mm — binae columnae — lineae exstantes 27 — pars scripta non integra *190 × 258 mm, integra cca 390 × 258 mm — TAB. V.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina, similis Nonantulensi s. 11/1. (Mss dés Pl. XV: dat., loc.) — manus unica — abbreviationes consuetae — *e* caudata — *n* uncialis.

ORNAMENTA: duae initiales minusculae rubrae (m. scriptoris).

LIBER TRADENS: Hf 1392: Julius Caesar [Scaliger]: Poemata. s. 1. 1574.

POSSESSOR: „1587. baro Althan. Vienna — 1588. baro Budikovič — 1630. Posenii (s. n.) — Johannes Stumpfius (s. a.) — Coll. Poson. S. J. 1680.”

UNA TRADITA: fragm. impr. Lat. et Germ.

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Austr.?

GREGORIUS MAGNUS: MORALIA IN JOB L. 31. c. 16—19.

f 1 col. 1. inc.: *cognosceretur quod agerent . . .*

des.: . . . *perculsi [ab antiqui]*

col. 2. inc.: *quia peccatorum . . .*

des.: . . . *negotiatores [idonei]*

f 1' col. 1. inc.: *philosophos et non . . .*

des.: . . . *flagellis [premit]*

col. 2. inc.: *non poterat . . .*

des.: . . . *occulti [hostis]*

ED.: PL 76,693—697.

VARIAE LECTIONES: clarescente lumine 694A: *o. i.*; per se 694: *om.*; pones 696A: *ponis*; potestate 696B: *potestatis*; negligimus 697A: *neglegimus*; attendimus 697A: *adtendimus*; onera 697B: *honera*; protectionibus 697B: *defensio-nibus*

U. Fr. l. m. 6.

s. 11/1.

[PS-]AUGUSTINUS = CAESARIUS ARELATENSIS

Fragm. membr. — f 1 — 330 × 180 mm — unica columna, orig. binae — lineae exstantes 36 — pars scripta non integra *308 × *112 mm, integra cca 340 × 250 mm — lineatio — TAB. VI.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina, propinqua Gall. s. 11/1. (Mss dai t. XI, XV: dat.) — manus unica — abbreviationes consuetae, (*ae*: *ę*, *ti*: *ci*).

ORNAMENTA: capita in rubro.
LIBER TRADENS: Fa 4767: Hoeckerus, Jonas: Clavis Philosophica . . . Tubingae 1613.
POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Posony Ad S. Salvatorem 1692.”
UNA TRADITA: fragm. mss. Germ.
PROVENIENTIA: orig. Gall., usus potest esse Hung. (cf primum possessorem certum.)

*CAESARIUS ARELATENSIS: HOMILIA DE BEATO JOB =
[PS-]AUGUSTINUS: SERMO DE BEATO JOB*

f 1 inc.: [*De*] isto malleo et justus tunditur . . . (Caesarius 132)
des.: . . . cui est honor et imperium in saecula saeculorum. Amen.
f 1' inc.: Sic et nos vestra Sanctitas . . . (Ps-Aug. 50)
des.: . . . Ut post solis occasum

ED.: CChL 103,544—545; PL 39, 1841.

VARIAE LECTIOES: (CChL): iste ut puniatur 521,8: ille ut puniatur; ut aurum 521,11: om.;
ductilis 521,17: dulcis; obnoxiae 521,20: innoxie; (PL): Sic et nos
1841,1: sic nos; profitetur: profitemur; sobolem: subolem

U. Fr. 1. m. 7.

s. 11/1. vel m.

BEDA VENERABILIS

Fragm. membr. — f 1 — 220 × 170 mm — unica columna — lineae
exstantes 28 — pars scripta non integra *180 × 155 mm, integra cca
220 × 155 mm — lineatio — TAB. VII.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 11/1. vel m. (Mss dai t. XVIII: dat.) — manus
unica — abbreviationes consuetae — *e* caudata.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Ac 661: Bruschius, Gasparus: De Laureaco . . . Basileae 1553.

POSSESSOR: „Alumnatus Agriensis Episcopatus; Viennae sub cura R. P. Societatis
Jesu Catalogo inscriptus 1643.”

UNA TRADITA: Fr. 1. m. 104.

PROVENIENTIA: cf Notitiam.

BEDA VENERABILIS: IN CANTICA CANTICORUM c. 6,1— 4.

f 1 inc.: *e suis inter leones . . .*
des.: . . . *cunctis hostibus*
f 1' inc.: *in celo partim . . .*
des.: . . . *cognoscere desi[derasti]*

ED.: PL. 91, 1175—1177.

VARIAE LECTIONES: segregatur 1175D: segegetur; Ecclesia vel anima 1176A: quia cum ecclesia vel anima; statim: statum; Isaias: esaias; ac spiritus mundant 1175B: mundant et spiritus; negligunt: negligent; de eis 1176D: *add.* autem; convenienter: *add* potest; rugientis forti: rugienti fortes; sui dilecti 1177A: *o. i.*; ad hunc 1177B: ad me; vivet: vivit; constituta: constituto; divinae: *add.* meae

NOTITIA: liber tradens historiae eccl. Austr. magis interest, locus ergo compacturae vero similis Vienna, proinde et ortus et usus codicis Germaniae meridionali tribuendus erit.

U. Fr. l. m. 8.

s. 11/m.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 164 × 273 mm — binae columnae — lineae exstantes 12 — pars scripta non integra *125 × 230 mm, integra cca 325 × 230 mm — TAB. VIII.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina, propinqua Ital. s. 11/m. — manus unica — abbreviationes consuetae — ligaturae: *et, nt.*

ORNAMENTA: initiales et maiusculae in textu occurrentes rubrae. Indicantur tituli currentes maiusculis in rubro per folia.

LIBER TRADENS: Vet 43/45: Schegkius, Jacobus: Philosophia naturalis. Tubingae 1543.

POSSESSOR: „Heigl Jo. Ev. OSB/Michaelfeld”

PROVENIENTIA: Germ. merid. et orig. et, ut opinor, usus.

BIBLIA SACRA. VULGATA. I. MACCHABAEORUM
10,89—11,3; 11,11—11,15.

f 1 col. 1. inc.: *regum et dedit . . .*

des.: *. . . autem civi[tatem]*

col. 2. inc.: *[vitu]peravit . . .*

des.: *. . . Ptolomeus rex*

f 1' textus vix legibilis

ED.: —, Stuttgart 1969.

VARIAE LECTIONES: harena 11,1: arena; aperiebant ei 11,2: *add.* civitates et occurrebant ei — Fragn. proximum est varianti „Z” Metz, Bibl. num. 7. (deperditus) s. 8. ex Metis.

U. Fr. l. m. 9.

s. 11/m.

[PS-]DIONYSIUS AREOPAGITA

Fragm. membr. -- f 1 — 335 × 215 mm — unica columna — lineae exstantes 22 — pars scripta non integra, textus 210 × *115 mm, textus cum glossis marginalibus coaevis E-V *253 × *185 mm et cum una interlineari f 1,9. — lineatio et pro textu et pro glossis — TAB. IX.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 11/m. (propinqua Mss dai t. XV.) manus prima pro textu et altera pro glossis — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: glossas signant litterae in rubro.

LIBER TRADENS: Inc. 623: Psalterium. Comm. Brunonis episcopi Herbipolensis. [Nürnberg] 1497.

POSSESSOR: „Ex dono Gen. Domini Joannis Kecskes Collegy Soc. Jesu Poseniensis Catalogo inscriptus 1639.” (Catalogus Librorum, quos Gen. D. Joannes Kecskes Collegio Soc. Jesu Poseniensi donavit [anno 1639.] ibidem liber tradens „in membrana scripta”: Eger, Dobó István Vármúzeum lelt. sz. 1984.) — Tegumen libri ante a. 1639. iam factum esse videtur.

UNA TRADITA: Fr. l. m. 85.

PROVENIENTIA: Italiae superior pars, mox cf Notitiam.

[PS-]DIONYSIUS AREOPAGITA: DE COELESTI HIERARCHIA
(TRANSL. J. SCOTTI ERIUGENAE) c. 13.

f 1 inc.: [*supercollocat*]um est divinum . . .

des.: . . . *Hec autem ex [ipsius Divinitatis]*

f 1' inc.: [*ex*] ipsius Diviniatis remotis causis . . .

des.: . . . *Pur[gatum edocens]*

ED.: Dionysiaca. Tome 1—2. Bruges 1937, Bronwer. II. 962—974. E.

VARIAE LECTIONES: proxima E differentes: universaliter 963: universale; substantificam: substantificatam; Sanctissimorum Seraphim edoctus 964: sanctissim[orum]* saraphim eductus; expansa 965: expansas; extensionem: extentionem*; supermotum 966: semper [motum]; intellectum: intellectuum; sed et illam 967: sed illam; multum: multam*; Deinde ex secundis 969: deinde secundus; proximo 972 proxime; Seraphim 974 Saraphim — *E variantibus asterisco notatis suspicari licet exemplar in s. 9. ortum esse.*

PUBL.: Mezey, L.: Fragmenta Codicum. Egy új forrásterület feltárása (Fontium nova regio detegitur). MTA I. Osztály Közl. 1978. 65—90.

NOTITIA: Pars Coel. Hierarchiae (c. 13.) Pseudo-Dionysii Areopagitae in versione Johannis Scotti Eriugenae in fragmento exstans aliquas lectiones variantes alicuius momenti exhibet, de quibus supra. Maioris momenti videtur esse glossa „I” (Quod hic grecus habet apiropin et poliprosopon et interpres multificum et multiforme transtulit, scholion

multipedem et multorum vultuum significantius indicabit et notandum quid multipedes et multivultus et operire quaedam significant.).

In hac glossa interpres est ipse Eriugena. Scholion vero est opus Maximi Confessoris ab Anastasio Bibliothecario in Latinum versum (PL 122,1193.). Notae: in lingua Slavica forsitan Croatica saeculi 15/16. haud legibiles e.g. „Igodenceki” (?) post glossam „S” notatam in versa folii parte. Post siglam glossae „F” ad verba textus „quod est ignitus” leguntur interlinearia: „sive quem ignitum significat” manu s. 12. Clare videtur fragmentum nostrum cum aliqua particula codicis membranacei s. 11/12. simul pro tegumine libri usum fuisse. De paucissimis verbis alterius, id est Fr. I. m. 85. tantum „vel bigamus” legi potest. Magister glossarum evidenter textum Graecum prae oculis vel saltem in mente habuit, cum in glossa „I” se ad textum Graecum refert dicens, „quod hic grecus habet”. Hic etiam notandum venit sanctum Gerardum ep. Chanadiensem (1030—1047 in Hungaria) e monacho S. Georgii Maioris Venetiarum factum in suo opere „Deliberatio super canticum trium puerorum” inter primos in Occidente Pseudo-Dionysii hoc opus usque ad cap. 12. sat frequenter citavisse. Abstinemus autem nos a respondendo ad quaestionem quoad notitiam linguae Graecae Gerardo propriam. Tamen ope fragmenti nostri si non Gerardum, saltem alium magistrum scholae alicuius cathedralis in Hungaria (Strigon.?) s. 11. etiam linguae Graecae gnarum fuisse videtur. Quod, quia regnum Hungariae cum imperio Romanorum orientali limites communes habebat, mirum non est. Codex Ps-Dionysii, e quo fragmentum praesens unice superstat, tempore Johannis Kecskés, qui librum tradentem Coll. S.J. Posen. donavit (1639), iam certe dilapsus et a bibliopis pro teguminibus librorum impressorum in civitate Poseniensi adhibitus erat. Saltem aliqua pars antiquae bibliothecae Metropolitanae Ecclesiae Strigoniensis e manu Turcarum erepta in hunc locum devenerat, et longo tempore incerti status sedis archiepiscopalis (1573—1607 parvo intervallo sedes vacabat) paulatim pessum data est. Exinde verosimile est hoc pretiosum fragmentum, nuntium antiquae Strigoniensis bibliothecae e primo saeculo historiae eius, ad nos pervenisse.

U. Fr. I. m. 10.

s. 11/2.

[PS-]HAYMO

Fragm. membr. — f 1 — 280 × 215 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta integra 217 × 160 mm — punctatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 11/2. (propinqua Mss dés Pl. XXVI—XXVII: dat., loc.) — manus unica — abbreviationes consuetae — signum citationis.

ORNAMENTA: in margine superiore numeri paginae in rubro.

LIBER TRADENS: MV 21: Sturmius, Bernhardus: Eteosticorum sive versicolorum literis numeralibus centos annos exprimentium . . . cum appendice septimae . . . Gorlicii 1580.

POSSESSOR: „Collegij S. J. Posony ad S. Salvatorem catalogo inscriptus 1693 № 667.”

UNA TRADITA: mss. Germ. liber rationum „Zornal” dictus Italice.

PROVENIENTIA: incerta, sed unicus possessor Hung. esse non vetat.

[PS-]HAYMO: EXPOSITIO IN APOCALYPSIN L. 2. c. 5.

f 1 inc.: [Script]ura sepe praeteritum ponit . . .

des.: . . . agnum accepisse librum de dextera sedentis

f 1' inc.: propter hoc videlicet . . .

des.: . . . in quo nova res continentur, scilicet incarna[tio]

ED.: PL 117,1018—1020.

VARIAE LECTIONES: hoc 1018: id; suis electis: *o.i.*; eos certantes adiuvat: eis certantibus auxiliatur; enim adiuvaré est: veró est iuvare; in suis moritur electis: *o.i.*; missi in omnem terram: et cetera; ipsius gratiam 1018: *o.i.*; intelligi possunt: *o.i.*; valde ceteros: ceteris valde; intelligentur regna 1019: regna intelliguntur; quatuor sunt: *o.i.*; Spiritus Sancti: *o.i.*; carne: in carne; Pater Spiritus Sanctus et Filius in divinitate unius substantiae sint: Cum pater et filius et Spiritus sanctus unius sint substantie in divinitate — f 1': *textus vix legibilis*

U. Fr. l. m. 11.

s. 11/2.

PASSIONALE

Fragm. membr. — f 1 — 323 × 250 mm — binae columnae — lineae exstantes 26, orig. cca 35 — pars scripta non integra *240 × *190 mm, integra cca 320 × 210 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata, propinqua Ital. s. 11/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: textus dividitur per lineas in rubro trans certas maiusculas ductas.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: orig. ex indole scripturae Ital., cui suffragatur, fragm. aliud concomitans, quod codicem iuridicum litt. Bonon. scriptum repraesentat; usus manet incertus.

PASSIONALE: VITA S. ALEXANDRI PAPAE

f 1 inc.: *facere. Tunc fecit et linguam . . .*

des.: . . . *cuius potentiam totus mundus*

om. cca 10 lineae

f 1' inc.: *quia certus sum me Dominum meum . . .*
des.: . . . *et in vinculis, unde et gaudeo*

ED.: Acta Sanctorum Maii. I. col. 373—374.

U. Fr. l. m. 12.

s. 11/12.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 187 × 273 mm — unica columna — lineae exstantes 15 — pars scripta non integra *135 × 190 mm, integra cca 280 × 190 mm — punctatio et lineatio — TAB. X.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 11/12. (propinqua Mss dés Pl. XXII.) — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: textus dividitur per lineas in rubro trans certas maiusculas ductas.

LIBER TRADENS: Ac 4007: Fux, Johann Michael: Auserlesner Historien Spiegel. Suttzbach 1700.

POSSESSOR: „Venerabilis Conventus Lauretani in Hungaria OServorum BMV — Ad usum Joannis Chrisostomi ordinis servorum 1709.”

UNA TRADITA: 2 impr. Germ.

PROVENIENTIA: Conventus Lauretanus OServ BMV, nunc in Austriae Prov. Burgenland, proxime limiti antiqui regni Hungariae existebat, a comitibus Nádasdy fundatus. Unde id saltem concludi potest fragmentum hoc aut in Austria aut in Hungaria usui bibliopegae praesto fuisse.

BIBLIA SACRA. VULGATA. EZECHIEL 37,20—28; 38,11—16.

f 1 inc.: *que scripseris . . .*
des.: . . . *mihi populus et scient*
f 1' inc.: *ascendam ad terram . . .*
des.: . . . *sciant gentes*

ED.: —, Stuttgart 1969.

VARIAE LECTIONES: supellectilem 38,13: subpellectilem

U. Fr. l. m. 13.

s. 12/in.

GREGORIUS MAGNUS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi duo media folia — 72 × 310 mm — unica columna — lineae exstantes 7 — pars scripta non integra f 1 *50 × 153 mm, f 2 *50 × *70 mm — TAB. XI.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 12/in. (propinqua Mss dés Pl. XIX: dat., loc.)
— manus unica — abbreviationes consuetae — signum citationis.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: 902 616: Hospinianus, Rudolphus: De templis ... usu et ab usu
templorum ... — De monachis ... Tiguri 1603—1609.

UNA TRADITA: Fr. l. m. 16,285.

POSSESSOR: „Bibliothecae Vaciensis Scholarum Piarum” — „Stephani Hatvani
VDM et MDris emtu [!] Basileae, 1747” — „Ex libris Josephi
Sigismundi Dani Hungari Vaciensis”

PROVENIENTIA: Liber iam in Helvetia, ante possessores Hungaricos s. 18. compactus
esse videtur.

GREGORIUS MAGNUS: MORALIA IN JOB L. 30. c. 9—10.

- f 1 inc.: *mundi glo[riam]* ...
des.: ... *sed ante in eis pennarum*
f 1' inc.: *[ad Deum] clamant vag[ant]es* ...
des.: ... *vocat quibus et moris*
f 2 inc.: *ad fontes aquarum* ...
des.: ... *praedicando potuissent et quia*
f 2' inc.: *hodierna. Quibus profecto verbis* ...
des.: ... *conspicimus quia peius et*

ED.: PL 76,542—545.

VARIAE LECTIONES: clamant ad Deum vagantes 543C: clamant vagantes; „Cur magistri
spirituales ... decrescunt”: *om.*; nominat 543D: vocat; recurrimus
545C: currimus

U. Fr. l. m. 14.

s. 12/in.

EXCERPTA E GREGORIO

Fragm. membr. — f 1 — 300 × 190 mm — unica columna — lineae
exstantes 29 — pars scripta integra 215 × 113 mm — punctatio.

SCRIPTURA: minuscula praegothica formata, propinqua Galliae sup. s. 12/in. —
manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales, capita et foliatio coeava rubri coloris.

LIBER TRADENS: Vet. 46/24: Chalcondylas, Demetrius: Erotemata, sive institutiones
Grammaticae. Basileae [1546].

POSSESSOR: „Collegij Soproniensis Soc. Jesu Catalogo inscriptus 1681 (?) № 113”

PROVENIENTIA: non inverosimiliter Hung., si possessorem consideres. Fr. l. m. 14. et 15.
ex uno eodemque codice avulsa videntur, tum e textu cum e litteris et
forma, quamquam alia forte manu.

EXCERPTA IN ISAIAM PROPHETAM EXPOSITIONIS GREGORII PAPAE, QUAE IN LIBRIS EIUSDEM IN EZECHIELEM ET IN MORALIBUS SUPER JOB INVENIUNTUR

Quo, excerptiones factae sunt, modo, hic vide: *Sicut coeli novi et terra nova, quae ego stare facio coram me . . . qui vitam suam in pravitate non dissipant* (Hom. in Ezech. I. 6.)

Et erit mensis ex mense et Sabbatum ex Sabbato . . . illic quiescunt in coelesti retributione (Hom. in Ezech. I. 6.)

Habitabit lupus cum agno et pardus cum haedo accubabit . . . in hoc mundo mentem figere non permittit (Hom. in Ezech. II. 4.)

PUBL.: Mezey, L.: Fragmenta Codicum. Egy új forrásterület feltárása (Fontium nova regio detegitur). MTA I. Osztály Közl. 1978. 65—90.

U. Fr. I. m. 15.

s. 12/in.

EXCERPTA E GREGORIO

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — f 1 220 × 150, f 2 267 × 160 mm — unica columna — lineae exstantes f 1 25, f 2 29 — pars scripta f 1 integra 215 × 110 mm, f 2 non integra *195 × 110 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula praegothica formata, propinqua Galliae sup. s. 12/in. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales, capita et foliatio coeva rubri coloris.

LIBER TRADENS: ignotum incunabulum.

PROVENIENTIA: cf Fr. I. m. 14.

EXCERPTA IN ISAIAM PROPHETAM EXPOSITIONIS GREGORII PAPAE, QUAE IN LIBRIS EIUSDEM IN EZECHIELEM ET IN MORALIBUS SUPER JOB INVENIUNTUR

Quo, excerptiones factae sunt, modo, hic vide: *Vestimentum domini longe ante Isaias aspiciens per crucem passionis sanguine cumentum (!) dixit de ipsis in passione queritur, quorum vita in illa passione quaerebatur.* (Hom. in Ezech. II. 1.)

PUBL.: cf Fr. I. m. 14.

U. Fr. l. m. 16.

s. 12/1.

BEDA VENERABILIS

Fragm. membr. — f 1 — 40 × 167 mm — unica columna — lineae exstantes 7, orig. cca 35 — pars scripta non integra *40 × 120 mm, integra cca 200 × 120 mm — TAB. XII.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 12/1. (propinqua St. 58.) — manus unica — signum citationis — abbreviationes consuetae — *e* caudata.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: 902616: Hospinianus, Rudolphus: De templis . . . De monachis. Tiguri [1603—1669].

UNA TRADITA: Fr. l. m. 13, 285.

POSSESSOR

et PROVENIENTIA: cf Fr. l. m. 13.

BEDA VENERABILIS: EXPOSITIO IN EPISTOLAM I. PETRI APOSTOLI

f 1 inc.: *vel proxima . . .*

des.: . . . *huius expositione*

f 1' inc.: *Christi vestrae . . .*

des.: . . . *persistere, Potest*

ED.: PL 93,66—67.

VARIAE LECTIONES: proximis 66B: proxima; generi: genere; suae humiliant tempore visitationis eius: humiliant tempore sue visitacionis; breviter 67A: breviter eis

U. Fr. l. m. 17.

s. 12/1.

ORIGENES

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi duo intermedia folia, desunt duo media folia — 400 × 256 mm — binae columnae — lineae exstantes 37 — pars scripta integra 225 × 140 mm.

SCRIPTURA: gothica primaeva s. 12/1. (propinqua St. 65.) — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initialis viridis coloris cum lineis ornatibus in rubro; item initialis altera et capita in rubro — Gallia septentrionalis.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

UNA TRADITA: impr. Germ.

PROVENIENTIA: orig. forse Germ., usus Hung., cf Notitiam.

- f 1 inc.: *[iuven]tutis vitam convertit . . .* (Hom. 4.)
des.: . . . *legis emendandos ut Moysi*
f 1' inc.: *designat officium . . .*
des.: . . . *secuta sit petra de qua biber[unt]* (Hom. 5.)
f 2 inc.: *ut auditores tui . . .*
des.: . . . *cum omnes ita hono[r]ificant* (Hom. 6.)
f 2' inc.: *[hono]rificant Filium . . .*
des.: . . . *ille cogitationem pessimam rapiat*

ED.: PG 12,323—326, 331—333.

VARIAE LECTIONES: tumorem fervoremque in ea extinguit 323: fervorem tumoremque extinguit; etiam voces filiorum tonitru: hec voces tonitru: verberum 324: verbum; tenebras videt tunc errorum suorum: *om.*; faciat: quia sciat; eliget bonum: elegit bona; ponuntur: ponetur; conversatio: conversione; primogenita: primitiva; nolit iungi: iungit; in verbo Dei: in verbo; occurrendum et nobis est adversario 325: *om.*; prius ergo: *add.* nobis; nos efficiat: efficiat; in aquam validissimam: aqua validissima; et honor: *om.*; ignotos: incognitos; intelligendo: intelligebant; Christum non receperunt, nos spiritualiter intelligendo: *om.*; intelligebant 326: intelligant; venerunt: veniunt; et de Sochoth profecti: *om.*; ignitus 331: ignea; gratia victoriam factam: gratiam victoriam patratam; profundum: *om.*; quae sunt: *om.*; honorificatus: glorificatus; esse: sit; Maria 332: *om.*; in gloria patris et sanctorum angelorum cum venerit: *om.*; praestabat: praestitit; nostrum: *om.*; aguntur: *om.*; saevientem 333: per sequentem; harum: *om.*; verberis cogit: verberat; triplex: duplex; obsideant: obsident; speculentur: speculantur; agant: agunt

NOTITIA: possessor Libri tradentis alius fragmenti de eodem codice (in Vol. I/2. huius catalogi mox subsequuto) „Collegium S. J. Posonii a. 1672.”

U. Fr. I. m. 18.

s. 12/1.

HIERONYMUS

Fragm. membr. — f 1 — 240 × 355 mm — binae columnae — lineae exstantes 26 — pars scripta non integra f 1' *210 × 255 mm, integra cca 420 × 225 mm; folii recta parte textus iam fere totus illegibilis — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 12/1. (Mss dai t. XXVIII.) — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initium textus iam detritum manet, sed vestigiis initialis, colorum rubri et viridis, librum olim hic incepisse iure suspicatur.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta, tamen quoad orig. saltem ex script. Ital., cf Scripturam.

HIERONYMUS: PRAEFATIO IN DANIELEM PROPHETAM

f 1 textus non videtur [initium Praefationis]
f 1' inc.: *ad presentem diem magis possum . . .*
des.: . . . *o Paula et Eustochiu[m]*

ED.: PL 28,1359—60.

VARIAE LECTIONES: versuum 1360: versum

NOTITIA: provenientia quidem incerta designatur, tamen considerandum est olim alicui incunabulo vel libro s. 16. pro tegumine in usum fuisse.

U. Fr. l. m. 19.

s. 12/m.

HOMILIARIUM CAROLINUM

Fragm. membr. — f 1 — 465 × 340 mm — binae columnae — lineae exstantes 42 — pars scripta integra 380 × 235 mm — punctatio et lineatio — in margine superiore „Quat. XXIII. fol. III.” (s. 12/m.), alia manu „CLXXXVII.”

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 12/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: textus dividitur per lineas in rubro trans certas maiusculas ductas.

LIBER TRADENS: Db 65: Fonseca: Consultationes Medicae. Venetia 1620.

UNA TRADITA: Sermonarium sive praedicationes Germ. — Christophori Maier S. J. Controversiae (ms. Lat.).

POSSESSOR: una tradita supponi permittunt Collegia Posenien. vel Tyrnavien. S. J. ut primum possessores, exinde locum teguminis libri.

PROVENIENTIA: orig. incerta, usus Hung. super.

HOMILIARIUM CAROLINUM

DOMINICA DEUS IN ADIUTORIUM (PT TRIN. XII)

f 1 inc.: *finibus sicut evangelista dicit . . .*
des.: . . . *quamdiu extra ordinariis*
f 1' inc.: *malorum hominum moribus . . .*
des.: . . . *Non fortas[se]*

NOTITIA: partes textus leguntur in homiliis: Hrabanus Maurus, Homilia CLII (PL 110,483—484); Beda Venerabilis, in Marci evangelium (Mc 7, 31—37) expositio (PL 92,203—204) Beda Venerabilis, Homilia in Dea Deus in adiutorium (PL 94,234—235); Haymo, Homilia CXXIV (PL 118,664—667), sed ipsa homilia invenitur in Homiliario Carolino Heirici Altissiodorensis (a. 865—870), ut in Clm. 9504. (Barré, Homiliaires . . .) — m. s. 15 in margine adicitur „decalogus est liber decem praeceptorum quem Dominus dedi(t) Moysi in monte Thabor”(!).

U. Fr. l. m. 20.

s. 12/2.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 95 × 150 mm — unica columna, orig. binae — lineae exstantes 12 — pars scripta non integra *95 × *85 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 12/2. (Mss dai t. XXVII: dat.) — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales et paragraphi in rubro; dividitur textus per numerum XL, in coloribus rubro et caeruleo (ad „Verbum quod . . .”).

LIBER TRADENS: M 348: [Felbinger, Jeromos]: Griechisch-Deutsch Lexikon. Leyden 1657.

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Leutschov[iensis] Anno 1737.”

PROVENIENTIA: orig. Ital.?, usus videtur esse Hung.

BIBLIA SACRA. VULGATA. HIEREMIAS 10,22—11,4; 12,7—11.

f 1 inc.: *dissipaverunt. Verbum quod . . .*

des.: . . . *audite vo[cem]*

f 1' inc.: *[inimi]corum eius. Facta est . . .*

des.: . . . *in desertum solitudinis*

ED.: —, Stuttgart 1969.

VARIAE LECTIONES: qua eduxi 11,4: que duxi; Numquid avis discolor hereditas mea mihi 12,9: *om.*

U. Fr. l. m. 21.

s. 12/2.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 210 × 275 mm — binae columnae — lineae exstantes 11, orig. cca 33 — pars scripta non integra *130 × *198 mm, integra cca 360 × 210 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 12/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Hb 5079: Erasmus, Desiderius: De duplici copia verborum ac rerum, commentarii duo . . . Coloniae 1562.

UNA TRADITA: Fr. l. m. 48.

PROVENIENTIA: orig. incerta, usus videtur esse Hung.

*BIBLIA SACRA. VULGATA. III. REGUM 1,28—30,35—37;
1,41—42,47—49.*

- f 1 col. 1. inc.: *Et respondit rex David . . .*
des.: . . . *regnabit post me*
col. 2. inc.: *[Viv]at rex [Salamon] . . .*
des.: . . . *cum dno meo rege*
f 1' col. 1. inc.: *Audivit [autem Adon]ias . . .*
des.: . . . *et bona [nuntians]*
col. 2. inc.: *Salomonis super [nomen] . . .*
des.: . . . *invitati fuerant ab Ad[onia]*

ED.: —, Stuttgart 1969.

VARIAE LECTIONES: f 1 textus vix legibilis; f 1' editioni consentaneus

U. Fr. I. m. 22.

s. 12/2.

PSALTERIUM BIBLICUM

Fragm. membr. — ff 2+2, fasciculi secundum et tertium bifolium, deest unum medium bifolium — 178 × 210 mm — unica columna — lineae exstantes 22 — pars scripta ff 1, 2 integra 135 × 85 mm, ff 3, 4 non integra 135 × *55 mm.

SCRIPTURA: minuscula praegothica s. 12/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales rubrae lineis ornantibus per pennam in rubro; item maiusculae et capita coloris rubri — Gallia Septentrio-orientalis.

LIBER TRADENS: Vet. 01/34: Bebelius, Henricus: Liber hymnorum. Tübingen 1501.

POSSESSOR: Bibl. Nat. Széchényi Budapest., postea Bibl. Univ. Budapest. — possessores antiquiores ignoti.

UNA TRADITA: duo diplomata Germ.

PROVENIENTIA: orig. Germ., usus inc.

*PSALTERIUM BIBLICUM. VERSIO LXX, PSALMI 137—141,
144—149.*

- f 1 inc.: (Ps 137.) *iram inimicorum meorum . . .*
des.: (Ps 138.) . . . *sicut dies illuminabitur*
f 1' inc.: *sicut tenebrae eius . . .*
des.: . . . *deduc me in via aeterna*
f 2 inc.: (Ps 139.) *Eripe me Domine . . .*
des.: . . . *habitabunt recti cum vultu tuo.*

ED.: —, Stuttgart 1969.

VARIAE LECTIONES: dispicias Ps 137,8: despicias; accipient Ps 138,20: accipiant; non tradas Domine desiderio meo peccatori Ps 139,9: ne tradas dne desiderium meum peccatori; caelum est Ps 148,4: celo sunt

NOTITIA: Psalterium hoc sane biblicum et non ad chori usum conscriptum esse videtur; nota tamen, manus posterior (s. 14/15.) antiphonas super psalmos adiungebat, ut codex usui choralis aptior evadat.

U. Fr. I. m. 23—27.

s. 12/ex.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

(Quae hiis fragmentis sunt communia)

ff 16 ex 7 fasciculis, 5 bifolia in Bibl. Univ., 2 bifolia et 2 folia (concordantia) in Bibl. Cent. Semin. sunt, cf Fragmenta Codicum in Hungaria Vol. 1/2. — lineae exstantes originaliter 40 — pars scripta integra 270 × 160 mm — punctatio et lineatio — TAB. XIII., XIV.

SCRIPTURA: iuxta manuum diversitatem vel postcarolina vel gothica primaeva s. 12/ex. (St. t. 70. dat.) manus 3; manus 1.: Fr. I. m. 23. et concordantia, manus 2.: Fr. I. m. 24. (ex 2 quaternionibus) manus 3.: Fr. I. m. 25—27. et 2 bifolia in Bibl. Semin. glossae marginales a manibus duorum glossatorum; corrector, cuius manus in Fr. I. m. 23. et 24. apparet, cum signo allegationis /:, cum encausto nigriori correctiones suas inter columnas addit.


ORNAMENTA: initiales codicis tres illuminatores effecerunt, quorum primus pulchras initiales rubras, secundus caeruleas rubrasque, saepe lineis adverso colore per pennam ductis ornatas pinxit, quas etiam tertius minus peritus imitari conatus est.

FASCICULI: 1. *ternio*: Fr. I. m. 23.: 1—6 et 2—5 bifolia ternionis
2. *quaternio*: Fr. I. m. 24.: medium bifolium quaternionis desunt cca 3 quaterniones
3. *quaternio*: Fr. I. m. 24.: 1—8 bifolium quaternionis desunt cca 3 quaterniones
4. *quaternio*: duo media bifolia, in Bibl. Sem., cf Vol. 1/2. desunt cca 2 terniones
5. *quaternio*: Fr. I. m. 25.: 1—8 et 2—7 bifolia quaternionis
6. *quaternio*: Fr. I. m. 26.: 1—8 et 2—7 bifolia quaternionis, Fr. I. m. 27.: 3—6 et 4—5 bifolia quaternionis
7. *ternio*: textus: desunt cca 3 folia concordantia: in Bibl. Sem., cf Vol. 1/2. (canones IV—X)


NOTITIA: Zachariae Chrysopolitani OPraem opus De concordia Evangelistarum, sive unum ex quattuor etiam Monotesseron dictum (cf Bibliographiam) cum serie ampliore commentorum litterariorum ex omnibus fragmentis a nobis collectis hucusque maiorem habet amplitudinem,

quod e tabella fragmentorum et necessitudinem illorum exhibenti docetur. Hic, sub numeris sequentibus recensitis adiciuntur duo alia fragmenta nunc in Bibl. Semin. Gener. Cleri Hungariae Budapestini asservata. Libri tradentes septem fragmenta passim opera iuris canonici esse videntur. Cuius rei ratio patet e notitia quadam librorum altero addita volumini, ubi de officio vicariali archiepiscopi Strigoniensis tunc adhuc Tyrnaviae degentis fit verbum. Unde iure deduci potest codicem Chrysopolitani olim Bibliothecae Ecclesiae Strigoniensis partem fecisse et exinde aliorum librorum manuscriptorum Strigoniensium sortem subiisse, scilicet eorum, qui iniuria temporum Posenii vel Tyrnaviae, ubi devenerunt, dilapsi noscuntur; demum omnia haec fragmenta unius codicis Chrysopolitani in manum compactoris inciderunt. Ad rem sequens factum arctissime pertinet nimirum, quod Fr. l. m. 64. partem e libro Esther exhibens eandem materiam comitantem a compactore pro tegumine adhibitam continet, quam ipsa fragmenta Chrysopolitana; ex quo patet omnes libros tradentes horum fragmentorum eiusdem magistri compactoris industria teguminibus provisos fuisse.


Schemata fasciculorum hic sequuntur:



Fr.l.m.23.
deest unum medium bifolium




Fr.l.m.24.




Fr.l.m.24.
desunt 3 media bifolia

desunt cca 3 quaterniones




Fr. in Bibl. Semin., cf Vol. 1/2.

desunt 2 terniones




Fr.l.m.25.
desunt duo media bifolia



Fr.l.m.26.

Fr.l.m.27.

Fr.l.m.26.



concordantia cf in Bibl.
Semin., cf Vol. 1/2.

U. Fr. 1. m. 23.

s. 12/ex.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

Fragm. membr. — ff 4, unius fasciculi duo bifolia, deest unum bifolium medium — 287 × *425 mm — binae columnae — lineae exstantes 36 — pars scripta non integra *260 × 165 mm — punctatio et lineatio — ТАВ. XIII.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 12/ex. (St. t. 70. dat.) — manus unica (1.) — abbreviaciones consuetae.

ORNAMENTA: cf quae hiis fragmentis sunt communia.

LIBER TRADENS: Bc 93: Jason, Maynus: In secundam codicis partem commentaria . . . Venetiis 1585.

UNA TRADITA: fragmentula membr.

PROVENIENTIA: cf Notitiam communem pro fragm. 23—27.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS: DE CONCORDIA EVANGELISTARUM SIVE UNUM EX QUATTUOR (MONOTESERON) L. 2. c. 54—57, 60—62.

f 1 inc.: *Patefacto tecto . . .*

des.: . . . *et noli esse incredulus, sed fidelis*

f 1' inc.: [*Qui in domi*]cilio Christum recepit . . .

des.: . . . *quem sciunt a magistro*

f 2 inc.: *quia respuentes Christi . . .*

des.: . . . *Sed vinum in utres novos mit[tendum est]*

f 2' inc.: *pondere peccatorum suffocantur . . .*

des.: . . . *ideo condemnabunt non senten[tiae]*

f 3 inc.: [*perfi*]diae, quia non credidit . . .

des.: . . . *Ad m[onumentum] quatrividuani*

f 3' inc.: *quod [publica noxa publico eget re]medio . . .*

des.: . . . *daemoniorum habitare. L CXXIX. M CXXII. R XXXIII.*

f 4 inc.: *respondit ut vel sic compellerentur . . .*

des.: . . . *Spolia seu vasa*

f 4' inc.: [*doct*]ores [*Fuit ergo domum*] . . .

des.: . . . *quia peccatum, quod hic non corri[gitur]*

ED.: PL 186, 184—190, 195—201.

VARIAE LECTIONES: lecto 184B: tecto; abstrahere 184C: desiderii abstrahere; Jesus ergo 184C: ergo; 36 184C: XXXVII; quia Jesus adveniret 184D: quod Jesus veniret; *in margine add.* Gr; igitur 184D: *om.*; servo 185A: *om.*; cum verbo possim 185B: verbo possum; dixit 185C: dixerat; suo 185C: *om.*; et bibit 186A: *om.*; electis super 186B: electis superbi; autem 186C: *om.*; Ideo non super vos 186C: Ideo vos superbos; si non 186D: sine; fuisse futuros: esse facturos; 198 189B: CXXVIII; ut a toto partem 189C: ut e parte totum; suscitanda 196B: resuscitanda; resurrectionis 196D: surrectionis; M LXXV 197B: *add.* LXI; vobis 197B: nobis; uterque credat 197C: *add.* in verbis Domini; R52 198B: R XXXII.; demones 199B: demonia; laborant: iudicabant; constituit: instituit; simulacro: *om.*; dicant: dicunt; illigaverit: alligaverit; venit princeps 200C: *add.* huius; ad virtutes: ad virtutem; 134 200C: XXXIII.; a blasphemia: a blasphemie; martyrum 200D: martyrium; falsarie 200D: fallatie; Peccator cum venerit in profundum peccatorum, contemnit 201A: Peccator cum in profundum venerit malorum contempnit; iudicio 201B: iudicium

U. Fr. l. m. 24.

s. 12/ex.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

Fragm. membr. — ff 4, duo bifolia, primi quaternionis ff 2,3; alterius quaternionis ff 1,4 — 270 × 408 et 275 × 417 mm — binae columnae — lineae exstantes 35 vel 34; pars scripta non integra *245 × 165 mm — punctatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 12/ex. (St. t. 70. dat.) — manus unica (2.) — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: cf communia fragmentorum.

LIBER TRADENS: Vet. 04/2: Panormitanus, Nicolaus: Lectura super tertio Decretalium. Mediolani 1504.

UNA TRADITA: fragmentula membr.

PROVENIENTIA: cf Notitiam communem pro fragm. 23—27.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS: DE CONCORDIA EVANGELISTARUM SIVE UNUM EX QUATTUOR (MONOTESERON) L. 2. c. 65—67, L. 3. c. 92—94, 99.

- f 1 inc.: *exaltata hospitii m[e]i fama . . .*
des.: . . . *Post haec autem designavit*
- f 1' inc.: *in primis ecclesiae . . .*
des.: . . . *qui vident et audi[unt]*
- f 2 inc.: *fecisse narratur . . .*
des.: . . . *Atque ita in [hoc mutuas]*
- f 2' inc.: *plena agnitione nequaquam separatur . . .*
des.: . . . *omnes qui vident*
- f 3 inc.: *ultionem nostrorum scelerum . . .*
des.: . . . *Vel malitiose hoc fecerunt*
- f 3' inc.: *an ab alienis et ille dixit . . .*
des.: . . . *humiliaverit se sicut parvu[lus]*
- f 4 inc.: *Amaritudine digne purgetur . . .*
des.: . . . *de quo in Ecclesiastico*
- f 4' inc.: *negligit, alternaliter puniendus esse . . .*
des.: . . . *rursus se laqueis iniquitatis ob[stringit]*

ED.: PL 186,210—216, 297—299, 316—318.

VARIAE LECTIONES: ad vitam 211C: ad patriam; Erant enim multi qui 211D: Erat enim qui; misericordia 213A: misericordiam; Pater, Domine 213D: *o. i.*; de salute 214A: ad salutem; Si vim perpendimus praecepti 216A: Si vere (!) perpendimus; exhibere: adhibere; obsistunt nobis: obsistunt; fructus 297D: fructus autem; sic: si; de omnibus hoc generaliter 298A: hoc generaliter de omnibus; aedificandam 298B: hedificanda; omnibus Petrum: *o. i.*; honorem 299C: honores; et dies: ac dies; convenienter

constituta 316B: convenienter instituta; sacerdotem deus instituit
316B: *o. i.*; enim 316C: autem; sed mundationem: emundationem;
decernit: discernit; consilii: concilii

U. Fr. l. m. 25.

s. 12/ex.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

Fragm. membr. — ff 4, fasciculi primum et secundum bifolium, desunt
duo media bifolia — 265 × 425 mm — binae columnae — lineae
exstantes 34 — pars scripta non integra *240 × 165 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 12/ex. (St. t. 70. dat.) — manus
unica (3.) — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: cf communia fragmentorum.

LIBER TRADENS: Be 79: Panormitanus, Nicolaus: In quartum et quintum decretalium
commentaria. Lugduni 1562.

UNA TRADITA: fragmentula membr., de eodem codice concomitantia Fr. l. m. 64. cf
Notitiam.

PROVENIENTIA: cf Notitiam communem pro fragm. 23—27.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS: DE CONCORDIA EVAN-
GELISTARUM SIVE UNUM EX QUATTUOR (MONOTES-
SERON) L. 4. c. 167—169, 170—171.

- f 1 inc.: *defenditur et probatur . . .*
des.: . . . *pro peccatis absolutorum*
f 1' inc.: *filius magistri eorum . . .*
des.: . . . *a verberibus liberemur*
f 2 inc.: *occidendum. Non dictum est . . .*
des.: . . . *alba veste indui[tur]*
f 2' inc.: *[passio]nis exprimitur . . .*
des.: . . . *Per hoc admone[mur]*
f 3 inc.: *videamus an veniat . . .*
des.: . . . *resurrexit, resurrexerunt*
f 3' inc.: *propter templum . . .*
des.: . . . *crura eorum, et tol[lerentur]*
f 4 inc.: *nomine Iudei inter Graecos . . .*
des.: . . . *una sindo fuit ibi. Ex sim[plici]*
f 4' inc.: *puro [linteamine obvolven]dum . . .*
des.: . . . *Sanctae mulieres diem Parasceves*

ED.: PL 186,569—574, 583—588.

VARIAE LECTIONES: respondit ei 569C: respondit ei Jesus; sed causam 569C: causam; R 322
M 202: M 322 R 202; Ma: ML; ad eum 570A: ad illum; et uxore: et in

uxore; R 204 570B: R 203; principes: princeps; vobis de duobus: de duobus vobis; a senioribus: a senibus; L 291 A 186 570C: L 311 A 189; At illi magis et 570D: at illi; confitebatur: esse confitebatur; Exspectavi: expectavi; manus 571A: manus suas; unde: unam; offerentes 571B: offendentes; comparatione: in comparatione; se dixerit 571C: *o. i.*; induunt eum 572A: induunt; in dexteram eius: in dexteram; fragilis 572B: fragilem; celebremus Pascha 572C: *om.*; eum crucifigerent 573B: crucifigerent; cum ligno 573C: in ligno; triduo ceti: triduo; Cum forma serpentis serpentem necat: *om.*; Cum enim 573B: Cum; commendatur 574A: commendantur; Eliae adventum 583B: adventum Helye; magna 583C: magna ait; Amat gloriam dare Patri 584A: Amat dare gloriam creatori; superliminare 584B: semperliminare; conclasse 584B: conclasse; M 345 584C: M 346; et qui cum eo erant 585A: erant et qui cum eo; gentes: gentiles; caecata: *om.*; R 236 585B: R 227; Jerusalem: Jerosolimam; quoque 585C: quidem; atque vestitu 585D: *om.*; sive a patre: a patre; ille dies 586A: *o. i.*; ostium 586B: hostium; viri: virili; L 393 587A: L 333; Acceperunt ergo: Acceperunt; Legimus esse 587B: Legimus enim; meritorum iustitiam 587C: *o. i.*; surrexisse: resurrexisse; designare 587D: demonstrare; fuerit 588A: quidam fuerit; extensa: extenta; habens pedes: *o. i.*

U. Fr. l. m. 26.

s. 12/ex.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

Fragm. membr. — ff 4, fasciculi unum et secundum bifolium — 200 × 250 mm et 268 × 428 mm — binae columnae — lineae exstantes 27 — pars scripta non integra *195 × 160 mm — TAB. XIV.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 12/ex. (St. t. 70. dat.) — manus unica (3.) — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: cf communia fragmentorum.

LIBER TRADENS: Be 79: Panormitanus, Nicolaus: Secunda in secundum decretalium . . . Lugduni 1562.

UNA TRADITA: Fr. l. ch. 299.

PROVENIENTIA: cf Notitiam communem pro fragm. 23—27.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS: DE CONCORDIA EVANGELISTARUM SIVE UNUM EX QUATTUOR (MONOTESERON) L. 4. c. 171—173, 176—178.

- f 1 inc.: [*Recordan*]tes ergo fideles ...
des.: ... iam a vespere licebat
- f 1' inc.: [*pec*]cati tenebris et umbra ...
des.: ... damna reparavit. Sede[bat]
- f 2 inc.: meo et dextera illius ...
des.: ... feminarum quociens Ecclesiam
- f 2' inc.: toto *Quinquagesimae* tempore ...
des.: ... Tunc ergo introivit et
- f 3 inc.: ut mentibus incipiat ...
des.: ... ascendunt in corda vestra.
- f 3' inc.: [*vulne*]rum sunt servata vestigia ...
des.: ... favum noluit; quia
- f 4 inc.: [*mor*]tali, locutus sum verba haec ...
des.: ... erat glorificatus ... Unde
- f 4' inc.: [*fir*]ma vere petra oleum fudit ...
des.: ... quia vidit, credidit.

ED.: PL 186,588—593, 602—607.

VARIAE LECTIONES: die sexta 588D: *o. i.*; sepulcrum 589A: sepulturam; mortuum suscitatum 589B: suscitatum; noctis est 589C: *o. i.*; videlicet per extremam 590A: per extremam; et secundam: et in secundam; ille fulgor 590B: *o. i.*; venerat vitam 591A: *o. i.*; in dextera: in dexteram; quia 591D: quando; lapidem revolutum: *o. i.*; extitisse: astitisse; apostolis 592C: discipulis; transmigremus: transmigramus (*corr.*: transmigrabimus); et ille 593A: *o. i.*; Petrum sequens 593B: Petrus sequens; eis in illo: illis in eo; removeri 603B: remotum; L 251 603C: L 241; loquuntur: locuntur; dicit illis: dicit eis; vivendum 604D: videndum; resurrectionis significat: redemptionis vel resurrectionis significat; rursus: rursus; nobis innovaret: innovaret; ut in die: ut die; A 221: A 221 et 223 et 225; Sed qui piscis assus fuit in passione 605A: *om.*; favus: falvus; noluit: voluit; incipiens: incipientibus; Dixit: dixerunt; dixit: dicit; et coelo autem 606B: et celo autem datur; erat glorificatus: fuerat glorificatus; erant: erat; alii discipuli 606C: *o. i.*; fixuram: fixuras; et mittam digitum meum in locum clavorum 606D: *om.*; sonet 607C: sonat; Nec fidei 607B: Hec fidei

U. Fr. l. m. 27.

s. 12/ex.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

Fragm. membr. — ff 4, fasciculi duo media bifolia — 260 × 413 mm — binae columnae — lineae exstantes 35 — pars scripta non integra *240 × 160 mm.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 12/ex. (St. t. 70. dat.) — manus unica (3.) — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: cf communia fragmentorum.

LIBER TRADENS: Be 79: Panormitanus, Nicolaus: In primum decretalium commentaria. s. 1. a. [fragm.]

PROVENIENTIA: cf Notitiam communem pro fragm. 23—27.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS: DE CONCORDIA EVANGELISTARUM SIVE UNUM EX QUATTUOR (MONOTESERON) L. 4. c. 173—176.

- f 1 inc.: *ille discipulus, qui venerat . . .*
des.: . . . *Ardenti deside[rio]*
- f 1' inc.: *Hinc Ioseph scribitur . . .*
des.: . . . *quod erat agnovit. Nemo*
- f 2 inc.: *hic recolebat doctorem . . .*
des.: . . . *Ille autem accesserunt*
- f 2' inc.: *Christi ore loquerentur . . .*
des.: . . . *ait Matthaeus et caetera; Marcus*
- f 3 inc.: *omnibus Graeciae libris . . .*
des.: . . . *a monumento, hoc est, ab illo loco*
- f 3' inc.: *bis numero esse habuisse . . .*
des.: . . . *Narrant Graeci scriptores. gigantem Her[culem]*
- f 4 inc.: *et LX stadia septem conficiunt . . .*
des.: . . . *qui fuit vir propheta*
- f 4' inc.: *esset redempturus Israel . . .*
des.: . . . *gradiebatur, cum ad hospitium*

ED.: PL 186, 593—602.

VARIAE LECTIONES: praecurrit 593B: praecurrit; Joannes fuit junior Petro. Quia et si prior et Synagoga ad Dei culturam 593C: quia et si ad Dei cultum prior et synagoga; per regis 593D: per legis; R 231 594B: R 221; inquisitionis multiplicans: *o. i.*; ad caput et ad pedes 594D: ad caput et pedes; et Deus erat Verbum: et Deus erat; Quasi ad pedes 595A: Quasi ad caput; aspiciunt: respiciunt; Conversa illa dicit ei 595C: Conversa dicit illa ei; conversa corpore: corpore conversat; humana et divina 595D: *o. i.*; quaeris mortuum: *o. i.*; in forma Dei esset 496A: Dei esset in forma; uni stipe 596B: qui stipe; emitur a custodibus 596C: *o. i.*; absciditur 596D: ascenditur; De Iudaeis transmigratura 597B: *o. i.*; L 338 597C: L 339; Lucas ait: 597D: Lucas dicit; cursum Petri 598A: *o. i.*; hunc locum: *o. i.*; surrexit 598B: resurrexit; ad sepulcrum 598C: ad monumentum; pedes Domini tenere 598D: tenere pedes Domini; de visione et allocutione 599C: de allocutione et de visione; quia 600A: *om.*; currebant: cucurrerint; duos angelos 600B: *o. i.*; sexaginta stadiorum: *o. i.*; usque 600C: atque; in nomine meo 601A: in nomine meo fuerint; stabat 601D: distabat; serie: *om.*; esse non poterant 602C: non poterant esse

U. Fr. l. m. 28.

s. 13/1.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi duo intermedia folia, desunt duo media bifolia — 240 × 450 mm — binae columnae — lineae exstantes 43, orig. cca 51 — pars scripta non integra *218 × 165 mm, integra cca 258 × 165 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda s. 13/1. (Hajnal 94—5, 117.; Mss dés Pl. XLIV) — manus unica — abbreviationes consuetae — signum citationis.

ORNAMENTA: initiales et capita rubra.

LIBER TRADENS: P 602/1663.: . . . Diarium Europeum . . . Franckfurt a.M. 1663.

POSSESSOR: „Ab illustrissima familia C: de Nadásd [!] 1767 est Váth. V. Resid. ad S. Fontem O.S.B.V.M donatus” — abolita a Iosepho II residentia Servitarum Bibl. Univ.

PROVENIENTIA: vero similis Hung., cf Scripturam.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS: DE CONCORDIA EVANGELISTARUM SIVE UNUM EX QUATTUOR (MONOTESSE-
RON) L. 1. c. 4—5, 9—12.

f 1 inc.: *generationis, [secundum consuet]udinem Hebreorum . . .*

des.: . . . *Sadoch autem genuit Achim*

f 1' inc.: *acceperat, et relicto filio Jacob . . .*

des.: . . . *In David, desiderabilis, quia dictum est: Spe[ciosus]*

f 2 inc.: *mater Christi, non uxor Joseph . . .*

des.: . . . *pro Herode patre suo, ti[muit]*

f 2' inc.: *Israel etiam sic intelligi . . .*

des.: . . . *parentes reliquerunt eum tanta cura*

ED.: PL 186,63—67, 84—88.

VARIAE LECTIONES: divinitati 63C: divinitatis; miscuit se 64B: *o. i.*; tesseradecades 64C: tesserades[. . .]des; Arphaxad 63D: arfaxat; Salomon: salemon; et circumcisos: et per circumcisos; in similitudine 66C: in similitudinem; peccatum illud expiavit: expiavit peccatum illius; ingerens 66D: in se gerens; typice 84C: *om.*; in Aegypto 84D: ibi; Herodis, terminum intentionis malitiosae: Herodis signat terminum malitiosae; de sorore sua Lia 85C: de Iya sorore sua; genitos 85D: genitos suos *iterat* genitos suos; Nazareus enim Sanctus interpretatur 86C: Nazareus interpretatur sanctus; anno Octaviani: anno regni Octaviani; eius quadragesimo quinto 86D: eius anno XLV.

U. Fr. l. m. 29.

s. 13/1.

AUGUSTINUS

Fragm. membr. — f 1 — 210 × 175 mm — binae columnae — lineae exstantes 18 — pars scripta non integra *155 × *105 mm, integra cca 310 × 175 mm — punctatio — TAB. XV.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/1. (Mss dés Pl. XL: dat., loc.) — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: in margine superiore Liber numero parum ornato indicatur.

LIBER TRADENS: Aa 991: Evangelia et epistolae dominicarum et festorum Latine Norimbergae 1654.

POSSESSOR: (in fragm.) „Bozinij (Bazin, Pezinok nunc in Slovachia) in aedibus Generosi Domini Andreae Jelenffy”

UNA TRADITA: impr. Germ.: calendarium 1656; impr. Lat.: S. D. Studiosis logicae [Tyrnaviae?]

PROVENIENTIA: orig. Gall., usus Hung.

AUGUSTINUS: CONFSSIONES L. 13,16—17.

f 1 col. 1. vix legibilis

col. 2. inc.: *ita se saciare . . .*

des.: . . . *amaritudo volun[tatum]*

f 1' col. 1. inc.: *germinat anima . . .*

des.: . . . *protectionis um[braculum]*

col. 2. vix legibilis

ED.: Teubner, Lipsiae 1915. 308,28—31; 309,1—9; 309,18—29.

VARIAE LECTIONES: est temporalis 309,2: *o. i.*; faciunt omnia 309,3: *o. i.*

U. Fr. l. m. 30.

s. 13/m.

SERMONARIUM

Fragm. membr. — ff 1 + 1 + 1 — 200 × 40 mm, 145 × 37 mm et 42 × 147 mm — binae columnae — lineae exstantes 53, 48, 8 — pars scripta non integra, max. *150 × *40 mm, orig. cca 160 × 120 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva notularis s. 13/m. (Hajnal 118, 131.) — manus unica.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Vet. 18/16: Burgo, Johannes de: Pupilla oculi de septem sacramentorum administratione. [Argentinae] 1518.

POSSESSOR: „Collegii S. J. [Poson.] ad S. Salvatorem Catalogo inscriptus. 1693.”

UNA TRADITA: fragmentula membr. s. 13.: Brev. non Rom., Purificatio BMV.

PROVENIENTIA: teste possessore videtur esse Hung.

*SERMONARIUM (IN FORMA NON EDITA) IN ASSUMPTIONE
BMV*

SPECIMEN TEXTUS: „... *Admirati sunt ergo angeli propter quinque que notantur in primo Responsorio huius festi Vidi speciosam etc. et extrahitur a canticis, in glossa ‚ibidem primum‘ legitur quare admirantur*”

NOTITIA: stylus scripturae cursivae et manus textum sermonum potius notans, quam scribens, conceptus magis, quam sermones editos, codicem deperditum olim in se habuisse suadent.

U. Fr. 1. m. 31.

s. 13/m.

APOCALYPSIS CUM COMMENTO

Fragm. membr. — ff 2 — 267 × 368 mm — binae columnae — lineae exstantes 31 — pars scripta f 1 integra 215 × 170 mm; f 2 non integra 215 × *88 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis ind. Germ. occid. s. 13/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: tres initiales parvae in rubro; foliatio rubri coloris; capita item rubro colore signantur.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

POSSESSOR: in Una traditis: „Johannes Bierdümphelius M. D. Coll. Poson. L 113” — „Doctor Eberstorfer”

UNA TRADITA: folium praeligatum cum Possessoribus.

PROVENIENTIA: orig. Germ. occid., usus potest esse Hung.

*APOCALYPSIS 13,14—14,5 ET 15,2—16,3. CUM COMMENTO
SEU LECTURA*

Incerti auctoris cca annum 1200, sed non Hugo a Sancto Victore, Richardus a Sancto Victore, Thomas Gallus, Guillelmus Parisiensis, Henricus Gandavensis. Auctor iure suspicari potest esse Gallicus (praepositus, baiulivus); citantur Dionysius (Areopagita), Gregorius et Bernardus.

SPECIMEN TEXTUS: „*Et horum ordinatio et dispositio potest videri per simile in terrenis principatibus. Nam ministrorum qui sunt sub uno rege quidam operantur in medietate cum persona regis sicut concubicularii, consilarii et assessores. Similes sunt hiis ordines prime gerarchie. Quidam vero habent officium ad regimen regni in communi non deputati, sed huic vel illi provincie ut principes milicie et iudices curie, similes sunt hiis ordinibus secunde gerarchie. Quidam preponuntur in aliqua parte regni ut prepositi, baiuli, et huiusmodi minores officiales et hiis similes sunt ordines tercie gerarchie ...*”

U. Fr. I. m. 32.

s. 14/1.

GREGORIUS MAGNUS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium, desunt duo media bifolia — 290 × 445 mm — binae columnae — lineae exstantes 43 — pars scripta integra 230 × 160 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/1. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: litterae initiales simplices nigrae lineis rubris ornatae.

LIBER TRADENS: Archiv. Priv. Cap. Strigon. „Caps. 25. Eccl. fasc. 5tus №8. Regestrum Annuae Praefecturae (S. Benedicti iuxta Gron.) Ladislai Kapronczini 1575. (canonicus Strigon. cf Kollányi p. 176.)

POSSESSOR: Archiv. Strigon., recentius Bibl. Univ. fragmentum emit.

PROVENIENTIA: orig. Gall.?, usus Hung. (Strigon.)

*GREGORIUS MAGNUS: HOMILIAE IN HIEZECIHELEM
PROPHETAM. L. I. HOMILIAE IX, 12—20 ET X, 20—28.*

f 1 inc.: *libera humilitas debet . . .*

des.: . . . *Qui videlicet populus ne verba sue laudis*

f 1' inc.: *attenderet, et in culpis altius periret . . .*

des.: . . . *Fit vero aliquando, ut necessitate compulsi
desunt duo bifolia*

f 2 inc.: *Domini miraculum. . . .*

des.: . . . *Hec dicit Dominus Deus*

f 2' inc.: *Compluta est, et pars quae compluta non est aruit . . .*

des.: . . . *Qui sedes super cherubin moveatur terra*

Ed.: CChL 142,129—133., 153—158.

U. Fr. I. m. 33.

s. 14/1.

JACOBUS DE VORAGINE

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi duo intermedia folia — 168 × 267 mm — binae columnae — lineae exstantes 36 — pars scripta integra 130 × 100 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, propinqua Gall. s. 14/1. (Ups. Abb. 17. dat.)

ORNAMENTA: in margine superiore inscriptio sermonis in rubro, paragraphi in rubro; maiusculae vocis incipientis in rubro duplicatae.

LIBER TRADENS: Vet. 32/56: Brunfels, Otto: Catechesis puerorum in fide. Coloniae 1532.

POSSESSOR: „Johannes Stumpfius emebat 4. Septemb. anno Christi 1628.” —
„Collegij S. J. Posony ad S. Salvatorem Catalogo inscriptus 1693. №
682.”

UNA TRADITA: fragm. incunabuli: Petrus Lombardus: Liber sententiarum IV. 1.

PROVENIENTIA: orig. incerta (Germ.?), usus Hung.

JACOBUS DE VORAGINE: LEGENDA AUREA
De Adventu Domini — De S. Nicolao

- f 1 inc.: *usque ad ortum concurrentia . . .*
des.: *. . . propter vos allegatus sum*
f 2 inc.: *viderant, sine indice cognoverunt . . .*
des.: *. . . ab uno iudeo quondam summam*

ED.: —, Vratislaviae 1890. 7—9, 24—27.

U. Fr. l. m. 34.

s. 14/1. et m.

MISCELLANEA FRANCISCANA

Fragm. membr. — ff 8 — max. 156 × 128, min. 141 × 100 mm — unica
columna — lineae exstantes max. 46, min. 23 — pars scripta integra
max. 157 × 116 et min. 127 × 90 mm — ex parte lineatio — TAB. XVI.

SCRIPTURA: ff 1—7 gothica textualis s. 14/1. et m. — f 8 cursiva currens — manus 3:
A ff 1—3; B ff 4—7; C f 8.

ORNAMENTA: viginti initiales simplices rubrae, capita et paragraphi in rubro —
diverso modo.

LIBER TRADENS: ignoscitur, fragmentum emptum est anno 1959.

POSSESSOR: (in fragm.) „Dr. Nicolaus Gebauer secretarius episcopalis Quinque-
Ecclesiarum. 24. Sept. a. 1920.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

MISCELLANEA FRANCISCANA

- f 1—2 Sermo de ultimo iudicio
f 2' Speculum perfectionis c. 15.
f 3 Summarium ex decretis capitulorum generalium
f 3'—7' Regula bullata
f 8 *Ad terrorem omnium . . .* (cantio schol. vagantium)

PUBL.: Madas, E.: „Ad terrorem omnium” = MKSz 1976. 380—385.

U. Fr. I. m. 35.

s. 14/m.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 200 × 227 mm — binae columnae — lineae exstantes 24, orig. 33 — pars scripta non integra *180 × 175 mm, integra 255 × 175 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales rubrae et maiusculae rubrae partim decisaе (Germ.).

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: ex indole scripturae Germ. merid. vel Austr.

BIBLIA SACRA. VULGATA. PROVERBIA 3,30—5,3 et 6,3—6,31.

f 1 inc.: *Ne contendas . . .*

des.: . . . *nitidius oleo guttur*

f 1' inc.: *Fili mi fac quod dico . . .*

des.: . . . *deprehensus quoque reddet*

Ed.: —, Stuttgart 1969.

U. Fr. I. ch. 36.

s. 14/m.

SERMONARIUM

Fragm. chart. — ff 12 — 170 × 100 vel 170 × 105 mm — unica columna — lineae exstantes 34—38 — pars scripta non integra *170 × *100 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/m. (Ups. Abb. 20.)

ORNAMENTA: initiales, paragraphi capita rubra. Textus dividitur per lineas trans certas maiusculas ductas in rubro. Verba aliquot lineis rubris a penna ductis circumdantur.

LIBER TRADENS: Vet. 15/58: Macrobius [Ambrosius Theodosius: In Somnium Scipionis libri II. Florentiae 1515.]

POSSESSOR: „Emptus per me Joannem Dorfferum . . . Rotterdami 25 cruciferis anno 1557” — „Societatis So[lnensis vel Soproniensis] Residentia S. J. Anno 1712”

PROVENIENTIA: et orig. et usus incerta.

SERMONES DE SANCTIS

De S. Andrea: inc. *Relictis retibus*; De S. Nicolao: inc. *Quoniam uberem vocavit Dominus*; De S. Lucia; De S. Thoma ap.: inc. *Affer manum*; De S. Stephano protom.; De Innocentibus: inc. *Vidi supra montem, Sinite parvulos ad me*; De S. Thoma ep. Cantuariensi.

U. Fr. l. m. 37.

s. 14/2.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1* — 355 × 190 mm — binae columnae — lineae exstantes 35 — pars scripta non integra 250 × 157 mm, orig. cca 358 × 160 mm — TAB. XVII.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: E[*t* factum] initialis sat magna colorum rubri, griseatri et lutei. Textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: Ha 1063: Praecepta poeseos, pro Gymnasiis R.R.P.P. Societatis Jesu . . . Viennae 1640.

POSSESSOR: in Una traditis: „Residentiae Pestiensis fr ordinis Praed. 1714.”

UNA TRADITA: impr. Germ. contra potestatem papae.

PROVENIENTIA: orig. Bohem.?, Polon.?, Hung.?, usus Germ. (Austr.)

BIBLIA SACRA. VULGATA. I. MACCHABAEORUM 1,1—47.

f 1 inc.: *Incipit liber machabeorum primus . . .*

des.: . . . *et intravit in sanctificationem*

f 1' inc.: [*cum*] *superbia . . .*

des.: non videtur: *Holocausta?*

ED.: —, Stuttgart 1969.

VARIAE LECTIONES: Philippi Macedo 1,1: philippi et rex macedo; exaltatum 1,4: exaltatus; imposuerunt omnes sibi 1,10: posuerunt sibi et omnes; fuerat 1,11: fuit; filii 1,12: viri; accepit spolia Terrae 1,20: accepit spolia multa ter[rae]; f 1': fragmenti pars versa vix legibilis est, unde variantes detegi non poterant ulterius.

NOTITIA: in margine superiore legitur: „secunda pars bibliae scripsit (?) dominus Stanislaus”, quod nomen pro Bohemia, Polonia vel Hungaria arguere licuisset. Cum vero provincia Hung. OPraed nomen Austriae et Hungariae gerebat, conventus in Hung. post Turcas iterum restabiliti libros potius a domibus Austriae habere poterant.

U. Fr. l. m. 38.

s. 14/2.

JACOBUS DE VORAGINE

Fragm. membr. — f 1 — 260 × 175 mm — binae columnae — lineae exstantes 44 — pars scripta integra 205 × 153 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initialis rubra ornamentis rubris per pennam effectis. Capita in rubro. Textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta, notandum tamen est fragmentum de compacturis codicum vel incunabulorum seu impr. s. 16/1. originem duxisse, quorum quidem maior pars ab antiquo in Hungaria se habuisse scitur.

JACOBUS DE VORAGINE: LEGENDA AUREA

Sermo de Epiphania Domini et legenda de Paulo primo Eremita

f 1 inc.: *immo in meridie lucidissima apparebat . . .*

f 1' des.: *. . . in modum orantis erectus ita ut*

ED.: —, Vratislaviae 1890. 91—95.

U. Fr. l. m. 39.

s. 14/2.

[PS-]AUGUSTINUS

Fragm. membr. — f 1 — 332 × 228 mm — binae columnae — pars scripta integra 240 × 170 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: littera hybrida s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales et paragraphi in rubro, textus dividitur per lineas trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: Vet. 33/14: Apianus, Petrus: Instrument Buch, durch Petrum Apianum erst vom neu beschrieben. Ingolstadii 1533.

POSSESSOR: „Petrus Jordan” — „Collegii Societatis Jesu Tyrnaviae Catalogo inscriptus 1656.” — „Gasparus Gäncker 1645.”

PROVENIENTIA: orig. Germ. merid. sive Austr., usus Hung.?

[PS-]AUGUSTINUS: SERMONES AD FRATRES IN EREMO COMMORANTES

f 1 Rubrica: *„Libellus sermonum beati Augustini ad heremitas fratres suos de vita heremitica seu solitaria ex quibus evidentissime apparet ipsum fuisse heremitam et Ordinem fratrum heremitarum nunc Augustinensium vocatorum. Primus sermo.”*

f 1' Sermo secundus: inc.: *Fratres Karissimi o si sciretis . . .*

des.: *. . . qui non velit pacem habere.*

ED.: PL 40,1235—1238.

VARIAE LECTIONES: f 1' commorantibus 1237: demorantibus; omnes suas: *o. i.*; epistolas

scribebat: *o. i.*; dereliquit: reliquit de; bonum sine: bonum et sine; descensum, scilicet malorum 1237: discessum, *om.* scilicet malorum; qui pacem corde, ore et opere non habet: Qui pacem cordis, oris, operis non habet christianus dici non debet; in lubrico pedem ponit: in lubrico vitam pedem et; fratri tuo irasceris: *om.* tuo; non speravisset patrem 1238: non in patrem peruisset; habuisset pacem: *o. i.*; O quam iucundum est habitare: O quam ergo iocundum habitare est enim; ieiunie vigiliae: *o. i.*; de rebus: in rebus; capiemus: capientes; inflari: inflare

U. Fr. I. m. 40.

s. 14/2.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — ff 2 — f 1 370 × 265 mm, f 2 380 × 232 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta integra 325 × 215 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: duae initiales simplices rubrae.

LIBER TRADENS: Inc. 941: Vincentius Bellovacensis: Speculum doctrinale. Nürnberg 1486.

POSSESSOR: „Zacharias Mossoczy Protonotarius Apostolicus Comes Palatinus vicarius Nittriensis. Ex veteri Bibliotheca Viennensi 1567.” — „Ex donatione Gen. D. Joannis Kecskes, Collegy Societatis Jesu Poseniensis, Catalogo inscriptus 1639.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

BIBLIA SACRA. VULGATA. HIEZECHIEL 23,28—24,20; 36,20—37,22.

f 2 col. 1. truncata nimis

NOTITIA: iuxta varias lectiones Fragn. varianti „Clementina” proximum est: Biblia Sacra Vulgata Editionis Sixti Quinti iussu recognita (et auctoritate Clementis Octavi edita). Romae 1592 et 1593 et 1598.

U. Fr. I. m. 41.

s. 14/2.

COMMENTARIUM IN SENTENTIAM

Fragm. membr. — f 1 — 177 × 290 mm — binae columnae — lineae exstantes 17 — pars scripta non integra *90 × 200 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: initialis „P” rubri coloris, sat detrita; paragraphi in rubro.
LIBER TRADENS: Ae 1275: [Biblia Hebraica.] Amstelodami 1630.
POSSESSOR: „Daniel Fabri Scholae Cremnicensis t.t. Con Rector 1652: D. 14. Oct.”
— „Collegij Leutsoviensis Soc. Jesu Catalogo inscriptus 1712.” —
„... ad usum Synagogae”
PROVENIENTIA: Hung. cf Poss.

COMMENTARIUM IN SENTENTIAM

textus vix legibilis

RUBRICAE: Cap. CXX *De severioribus reprobis penis (?)*
Cap. CXXII (?) *De glorificatione sanctorum in dotibus corporum*

U. Fr. I. m. 42.

s. 14/ex.

HEINRICUS SUSO

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi duo intermedia folia — 195 × 307 mm
— binae columnae — lineae exstantes 24 — pars scripta integra
143 × 100 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis ind. Germ., s. 14/ex. — manus unica — abbreviatio-
nes consuetae.
ORNAMENTA: in margine superiore liber et numerus signantur; „F” initialis rubri
coloris.
LIBER TRADENS: Fa 5374: Encyclopediae philosophicae Alstendianae compendium.
Stuttgardiae 1663.
POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Posony ad S. Salvatorem 1672.” — „M. A. R.
A.”
UNA TRADITA: Impr. Lat.: Comment. ad Psalterium; impr. Germ.: Epistolae S. Pauli;
et mss. Germ.: Epistolae duae ad Johannem Paulum Kaiser (compacto-
Posoniensis).
PROVENIENTIA: orig. Germ., usus Hung. (cf Una tradita.)

*HEINRICUS SUSO OPraed: HOROLOGIUM AETERNAE SA-
PIENTIAE*

f 1 inc.: *splendidi cantu* . . .
des.: . . . *valens dicentibus*
f 2 inc.: *ne in futurum* . . .
des.: . . . *innocentiae signum*

ED.: —, Köln 1724. 150,27—153,6; 157,3—158,32.

VARIAE LECTIONES: fortitudo deo nostro in secula 151,1: fortitudo in secula; cum Christo regnant 151,8: cum Christo gaudent; narrantibus mihi donec 151,27—28: narratibus donec; sapientia tua et gloria tua 151,30—31: sapientia et gloria tua; servi tui 151,32—152,1: servi tui hii; Felicem 152,25: Sapientia Felicem contemplationis contuendum ideo 152,27—28: contemplationie adeo; ac propter 157,5: et propter; faucibus 157,10: a faucibus; recidivam subire permisit 157,11: recidivare permisit; honore et gloria 157,27: gloria et honore; tunsioribus 157,28: tunsionibus; cessandum est 158,9: cessandum esse; visceribus sitiunt 158,23: *o.i.*

U. Fr. l. m. 43.

s. 14/15.

JACOBUS DE VORAGINE

Fragm. membr. — f 1 — 200 × 150 mm — binae columnae — lineae exstantes 40 — pars scripta integra 182 × 120 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: Ac 736: Franciscus Xav.: Epistolarum liber IV. Graecii 1661.

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Tyrnaviensis 1675.”

UNA TRADITA: fragmentula impr. Lat.

PROVENIENTIA: orig. incerta, pensato brevi temporis spatio inter impressionem et compactionem libri tradentis, usus potest esse Hung.

JACOBUS DE VORAGINE: LEGENDA AUREA

De S. Sylvestro

f 1 inc.: *ait. Abraham circumcisionem a Deo . . .*

f 1' des.: *. . . divinitas nulla passioni*

ED.: —, Vratislaviae 1890. 74—77.

U. Fr. l. m. 44.

s. 14/15.

JACOBUS DE VORAGINE

Fragm. membr. — f 1 — 300 × 193 mm — binae columnae — lineae exstantes 46 — pars scripta integra 210 × 125 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: paragraphi rubri coloris.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta, tamen quia liber tradens omni cum probabilitate inter incunabula vel libros s. 16. Universitatis quaerendus esset, tenui valde modo potuisset Hung.

JACOBUS DE VORAGINE: LEGENDA AUREA

Passio S. Georgii

f 1 inc.: *cum fecisset sequebatur . . .*

f 1' des.: *. . . non potuerunt, quo*

ED.: —, Vratislaviae 1890. 261—263.

U. Fr. l. m. 45.

s. 14/15.

BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 372 × 275 mm — binae columnae — lineae exstantes 41 — pars scripta integra 240 × 170 mm — punctatio et lineatio — TAB. XVIII.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: „P” initialia historiata, copiose ornata colorum viridis, caerulei et rosacei: rex Achaz mortaliter decumbens (IV. Reg. 1,1—2.). In margine superiore liber colore rubro indicatur. Capita in rubro.

LIBER TRADENS: Bd ivr. 156.: [Panormitanus, Nicolaus]: . . . super quarto et quinto decretalium. s. l. 1517.

POSSESSOR: signum super ex libris Georgii Lippay, archiepiscopi Strigoniensis — „Inscriptus Catalogo Collegii Societatis Jesu ad S. Salvatorem Posony 1692.” — (De eodem libro Fr. l. m. 100.)

PROVENIENTIA: orig. inc., usus Hung.

BIBLIA SACRA. VULGATA. III. REG. 22,18—IV. 1,12.

f 1 inc.: *in pace. Dixit ergo rex Israel . . .*

des.: *. . . adolebat incensum in excelsis*

f 1' inc.: *Pacemque habuit Josaphat . . .*

des.: *liber IV. . . et devoret te et quinquaginta*

ED.: —, Stuttgart 1969.

VARIAE LECTIONES: intra 22,25: contra; Dixit itaque: Dixitque; et ingradere praelium 22,30: *om.*; tuis 22,30: meis; habenas laverunt 22,38: hauenas lambuerunt; autem 22,46: *om.*

PUBL.: Wehli, T.: Un fragment de manuscrit enluminé conservé à Budapest à la Bibliothèque de l'Université. Acta Historiae Artium (1978) 101—105.

U. Fr. l. m. 46.

s. 14/15.

PETRUS DE HAERENTHALS

Fragm. membr. — f 1 — 318 × 207 mm — binae columnae — lineae exstantes 62 — pars scripta non integra 262 × *165 mm, integra cca 262 × 180 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: litterae initiales rubrae et caeruleae, capita et lineae subductae in rubro.

LIBER TRADENS: Ga 3303: Berosus [Chaldeus]: Antiquitatum libri quinque. Wittebergae 1612.

UNA TRADITA: rationes Germ. a quodam bonorum administratore.

PROVENIENTIA: incerta, vel Austr. vel confinia occid. Hung.

*PETRUS DE HAERENTHALS OPraem: COLLECTARIUS IN
PSALMOS Ps 41—43.*

f 1 inc.: *ideo subditur . . .*

des.: *. . . et in angelis*

f 1' textus non legitur

NOTITIA: identif. ope MS IV 743 et incunabuli B 131. Bibliothecae Regiae Bruxellensis; cuius rei gratia Domino Leoni Gilissen, in eadem Bibliotheca conservatori manuscriptorum, nos obligatissimos testamur.

U. Fr. l. ch. 47.

s. 15/1.

JORDANUS DE QUEDLINBURG

Fragm. chart. — ff 26 — 170 × 105 et 105 × 170 mm — unica columna — lineae exstantes max. 35, min. 18 — pars scripta non integra, max. *155 × 110 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens s. 15/1. — manus unica — abbreviationes multae et consuetae.

ORNAMENTA: initiales simplices rubrae, verba aliquoties in rubro scripta, partes maioris momenti in textu rubro.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

*JORDANUS DE QUEDLINBURG OESA: MEDITATIONES DE
PASSIONE CHRISTI*

identif. Wien, Öst. Nat. Bibl. Cod. lat. 4009.

U. Fr. l. ch. 48.

s. 15/m.

SERMONARIUM

Fragm. chart. — ff 7 + 1 + 1 + 1 — 170 × 105 mm — unica columna,
orig. binae — lineae exstantes max. 32 — pars scripta non integra
*170 × *105 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens s. 15/m. — manus diversae — abbreviationes
consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Hb 5079: [Erasmus, Desiderius]: De duplici copia verborum ac rerum
commentaria duo . . . Coloniae 1562.

UNA TRADITA: Fr. l. m. 21.

PROVENIENTIA: incerta, sed indoles cursivae aliquantulum commendat eam esse Hung.

SERMONARIUM

Super „*Et ait ad Simon . . . Noli timere*” — De Spiritu Sancto — De
Corpore Christi — Super „*Exiit qui seminat*”

UNIVERSITARIA ET SCHOLARIA

U. Fr. I. m. 49.

s. 12/13.

PRISCIANUS

Fragm. membr. — f 1 — 278 × 180 mm — binae columnae — lineae exstantes 40 — pars scripta integra 225 × 125 mm.

SCRIPTURA: minuscula praegothica s. 12/13. — manus unica — abbreviationes consuetae. Fragmentum ipsum iam ultimis labentibus annis vix legibile evasit, sed phototypice expressum examini praesto erat.

ORNAMENTA: littera initialis unica rubra.

LIBER TRADENS: Hf 1153: [Calaminus, Georgius]: Liber, vel Epistola Mnemosynes ad Eugeniam de litterarum origine . . . Argentorati 1583.

POSSESSOR: „Clarissimo viro Jo. Papio doctori” (cetera per compactorem abscisa) — „Collegij S.J. Posony ad S. Salvatorem catalogo inscriptus 1693.”

UNA TRADITA: mss. Germ. et Lat.: praedicationes, epistolae.

PROVENIENTIA: nec nominato possessore est clara; una tradita sunt diversae originis: epistolae in lingua Germanica, aliqua adnotatio de viticultura in Germanico idiomate eiusdemque translatio Latina. Item oratio beatae G[ertrudis] in lingua Latina, quam excipit versio Germanica. Nominatur Lipsia et mentionantur studia ibidem. Demum est etiam quaedam littera (seu conceptus eiusdem) Latina lingua exarata in margine hac nota secuta: Idus Octobris Anno MDXCIII sub D. Canisio. An S. Petrus Canisius (†1597) sit sub nomine intelligendus? E tot diversis chartaceis reliquiis locus compacturae et consequenter originis fragmenti certo constare non potest, nec tamen ideo Posonium omnino excludi debet.

PRISCIANUS: INSTITUTIONES GRAMMATICAE L. 9. c. 6—7.

f 1 inc.: *Nexebant multa inter sese flexu . . .*

des.: . . . *Non possit magni*

f 1' inc.: *Messali lippa propago? . . .*

des.: . . . *protulisse inveniuntur*

ED.: Priscianus: Opera. I. Lipsiae 1855. 469—473. (Keil, Grammatici Latini, II.)

U. Fr. l. m. 50.

s. 14/m.

PRISCIANUS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium, desunt duo media bifolia — 300 × 440 mm — binae columnae — lineae exstantes 36 — pars scripta integra 230 × 140 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initialis rubra lineis per pennam ductis ornata detruncata; paragraphi et capita in rubro; textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: Bc 27: Johannes Andreae: In sexti decretalium ... commentaria. Venetiis 1578.

POSSESSOR: „Ex dono Gen. Dni Joannis Kecskes Collegy Poseniensis Societatis Jesu Catalogo inscriptus 1639.”

PROVENIENTIA: E personae donatoris adiunctis alioquin iam notis sequitur provenientiam, saltem usus, Hungaricam esse.

PRISCIANUS: INSTITUTIONES GRAMMATICAE (ABBREVIATUS) L. 6. c. [9—]10—11., 18. L. 7. c. 1—2[—3].

f 1 textus vix legibilis

f 1' inc.: *hic et haec obses obsidis* ... (L. 6. c. 10.)

des.: ... *Graecos secutus*

desunt cca duo bifolia

f 2 inc.: *praecipitis, biceps bicipitis* ... (L. 6. c. 18.)

des.: ... *facilis Nemea latas*

f 2' textus vix legibilis

ED.: Priscianus: Opera. I. Lipsiae 1855. 241—244., 280—287. (Keil, Grammatici Latini, II.)

NOTITIA: fragmentum textum ab edito non parum differentem tradit.

U. Fr. l. m. 51.

s. 13/14.

EBERHARDUS BETHUNIENSIS

Fragm. membr. — f 1 — 210 × 73 mm — unica columna — lineae exstantes 22 — pars scripta non integra 150 × *50 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/14. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

POSSESSOR: (in fragm.) „Anno Salutis 1546. est oct. 4.” (in marg. superiore) unde collegi librum, cuius tegumini olim fragmentum adglutinatum erat, anno 1550 antiquiorem esse.

PROVENIENTIA: incerta.

EBERHARDUS BETHUNIENSIS: GRAECISMUS c. 26.: DE ACCIDENTIBUS VERBORUM v. 60—106.

f inc.: (v. 60.): *Accuso teneo dat . . .*

des.: (v. 82.): . . . *finales congeminant*

omittit v. 80.: *De tolli antiqui protulerant detuli*

f' inc.: (v. 83.): *Ex hinc simplicia principales geminant(!)*

des.: (v. 106.): . . . *tria deponentia dicas*

omittit v. 104—105, sed in margine a manu utentis codice leguntur: *Ex eo composita dicas duplicare futura*

Et simul adde queo redeam dic siue redibo

ED.: Wrobel, J.: *Eberhardi Bethuniensis: Graecismus*. Vratislaviae 1887. (Corpus Grammaticorum Medii Aevi 1.)

VARIAE LECTIONES: quasi tu dicas: seu tu dicas; excipias: excipitur; praesens debet: dicas presens; nil superando: non superando; curro, tondeo: *o. i.*; geminantur principales: *o. i.*; iuuat istis: iuvat ista; tertia fiet: tertia fiat; in sum: per sum; negligo, diligo: *o. i.*; retinent eo cuncta, sed inde: semper retinat eo cuncta

NOTITIA: identificationem et auctoris et operis benigno auxilio Dominae Colette Jeudy (Parisii) debemus.

U. Fr. I. ch. 52.

s. 14/1.

COMMENTARIUM IN DOCTRINALE ALEXANDRI A VILLA DEI

Fragm chart. — ff 13 — max. 165 × max. 110 mm — binae columnae — lineae exstantes max. 39 — pars scripta non integra, max. *160 × max. *110 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens s. 14/1. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

*COMMENTARIUM IN DOCTRINALE ALEXANDRI A VILLA
DEI ad v. 1, 5—6, 11—18, 21—25, 31—33, 36—37, 44, 74, 80—81,
83—91, 93—94.*

Auctor ignoscitur.

U. Fr. l. m. 53.

s. 14/ex.

VOCABULARIUM SPIRITUALE

Fragm. membr. — f 1 — 378 × 232 mm — binae columnae — lineae
exstantes 64 — pars scripta integra 280 × 185 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/ex. — manus unica — abbreviationes
consuetae.

ORNAMENTA: littera initialis unica rubra; textus dividitur per lineas in rubro trans
litteras, quae incipiunt, ductas; paragraphi in rubro et in caeruleo.

LIBER TRADENS: ignoscitur, sed in dorso teguminis, quod olim praebat fragmentum
nostrum, legitur manu s. 17. vel 18.: Tom. 74. Sagitta[rius] et sumptus:
400.

PROVENIENTIA: incerta.

VOCABULARIUM SPIRITUALE. „LATUS, LAVARE”

Auctor incertus, sed non Papias, Guillelmus Brito vel Alanus de
Insulis.

SPECIMEN TEXTUS: *Lavare: Nota quod per loturam intelligitur quecunque purificacio vel
mundificacio. Cum igitur quatuor modis anima spiritualiter mundificetur
scilicet per baptismum, per confessionem, per lacrimacionem et per
compassionem. Hinc est quod quadruplicem loturam possumus denotare
videlicet.*

f 1 inc.: *Nam oriens est pars celsior . . .*

des.: *. . . lavit corpus.*

f 1' inc.: *suum et unxit se lotura . . .*

des.: *. . . post mortem inquam ad ipsum*

U. Fr. l. ch. 54.

s. 15/2.

GUILLELMUS BRITO

Fragm. chart. — f 1 — 155 × 100 mm — unica columna — lineae
exstantes 22 — pars scripta non integra *130 × *85 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens s. 15/2. — manus duae — abbreviatioes consuetae.

ORNAMENTA: vocabula rubro subducta.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

GUILLELMUS BRITO: EXPOSITIONES VOCABULORUM BIBLIAE. „AGONIZOR” — „ALBUS”

f 1 inc.: *Agonizor* ...

des.: ... *Agnus d[icitu]r* ... *animal balans*

f 1' inc.: [*Ala*] ... *ypocritarum. Unde Iob* ...

des.: [*Albus*] ... *cum alie*

Ed.: *Summa Britonis sive Guillelmi Britonis Expositiones vocabulorum Bibliae*. Ed. Lloyd W. Daly and Bernardine a Daly. Padova 1975.

U. Fr. I. m. 55.

s. 15/m.

CICERO

Fragm. membr. — f 1 — 275 × 100 mm — unica columna — lineae exstantes 35 — pars scripta non integra 170 × *68 mm, integra cca 170 × 100 mm — lineatio.

SCRIPTURA: humanistica textualis s. 15/m. — manus unica — abbreviatioes consuetae humanistarum (esse: ēē, potestate: pōtāte).

ORNAMENTA: littera initialis „S” rubra; maiusculae vocis incipientis in nigro, lineae in rubro duplicatae.

LIBER TRADENS: Vet. 34/20: Paulus Aegineta: *De re medica*. Coloniae 1534.

POSSESSOR: „Sum ex libris Andreae Eberstarfferi — 1572 Posenij — Andreas Eberstarfer D.”

PROVENIENTIA: cum liber tradens non adeo multo tempore iam Posenii possessorem inveniret, fragmenti a bibliopega in usum sumpti si non origo, saltem usus in Hungaria admitti potest.

*CICERO, MARCUS TULLIUS: EPISTOLAE AD FAMILIARES
L. 5. ep. 2. AD METELLUM*

f 1 inc.: *Si tu excitusque valetis* ...

des.: ... *non solum in te honorificam (!) sed eti[am]*

f 1' inc.: [*I*]am illud senatus ...

des.: ... *pena senatus consensu [honorum] omnium*

Ed.: —, Teubner, Lipsiae 1898. 105—108.

VARIAE LECTIONES: existimasse 105,26: extimasse; intellegere 106,2: intelligere; esse allatum me 106,3: [allatum] esse me; adiunxi, mihi 106,8: adiunxi. Michi; scelere, tu 106,11: scelere: Tu; labefactatam 106,14: *scriptor* habefactatam, *corrector* habefactatam; errore 106,19: erore; consecutus 106,20: consequutus; ipsi levior 106,30: ipse levior; tulerunt 106,31: *scriptor* tulerunt, *corrector* tulerunt; traderem, cogitare 106,34: traderem cogitare; sortitione vestra 106,35: sorcione vestra; factu[m esse] 106,37: o. i.; sortitione 107,1: sortione; honorificam 107,3: honorificam; f 1': *has tantum lectiones notare potuimus, cum textus in folio verso legi prope nequeat*; reconciliata 107,14: reconcilita; adfectus 107,33: affectus; fuit, nam 107,36: [fuit.] Nam; animum advertisset 108,7: animadvertisset

NOTITIA: identitatem textus detexerunt T. Adamik, I. Bollók, S. Kapitánffy.

U. Fr. I. m. 56.

s. 14/in.

VERGILIUS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi unum intermedium bifolium, deest unum medium bifolium — 235 × 347 mm — unica columna — lineae exstantes textus 32, glossae interlineares etiam 32 — pars scripta integra 175 × 95 mm — TAB. XIX.

SCRIPTURA: gothico-rotunda s. 14/in. — manus unica — abbreviationes consuetae — glossae: s. 14/15. a manu utentis codice.

ORNAMENTA: initialis rubra detrita.

LIBER TRADENS: Vet. 14/31: Prierias, Sylvester: Commentarium in spheram et in Theoricis planetarum. Mediolani 1514.

POSSESSOR: „fratris Georgii De Ungaria [...] (m. s. 16/1.) — Zachariae Moshocj vicarii Nitriensis 1563. — Tomas [!] Györffy Anno domini 1602. — Ex dono G. Dni. Johannis Kecskés 1637. 9. nov. Collegy Poseniensis Societatis Jesu”

UNA TRADITA: Fr. I. m. 207.

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Hung.

VERGILIUS MARO. PUBLIUS: AENEIS (L. 10, 675—738, 867—908.) CUM GLOSSIS INTERLINEARIBUS SCHOLARIBUS. ARGUMENTUM AD CANT. XI. c. 11, 1—8.

f 1 inc.: *Accipio, quid ago . . .*

des.: . . . *occubat, ignarum*

f 1' inc.: *Ac velut ille canum . . .*

des.: . . . *paeana secuti*

f 2 inc.: *Dixit et exceptus . . .*

des.: . . . *acer et illa*

f 2' inc.: [*h*]ausit celum mentemque . . .
des.: . . . sanguine cristas

U. Fr. 1. m. 57.

s. 13/2.

ARISTOTELES

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — 308 × 77 et 310 × 80 mm — textus unica
columna cum glossis marginalibus et interlinearibus — lineae exstantes
textus 33, glossae diversae, max. 52 — pars scripta non integra, textus
f 1 175 × *40, f 2 175 × *80 mm, orig. cca 175 × 100 mm — lineatio —
TAB. XX.

SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/2. (1270—80) — textus: manus
unica, glossae: diversarum manuum diversorumque aevorum, una s.
13/14., altera s. 14., tertia s. 15/1. — abbreviationes consuetae,
plerumque universitatis.

ORNAMENTA: initialis in rubro obruncata; paragraphi in rubro.

LIBER TRADENS: Inc. 723: Perottus, Nicolaus: Cornucopiae linguae Latine, cum aliis
tractatibus. Venezia 1499.

POSSESSOR: „Missioni Societatis Jesu Eperiensis.[!] Dono datus a DD. fratribus
Johanne Hasko et Matthia Edenhoffer 1699. 30. decembris. —
Missioni Eperiesinensi donatus 1699. Societatis Jesu.”

TEGUMEN LIBRI: coloris brunacei, impressum sigillis indolis Germ. et imaginibus SS
Catharinae et Barbarae ornatum, e Hungaria olim superiore, forsitan e
civitatibus montanis oriundum.

PROVENIENTIA: usus vide Tegumen libri.

*ARISTOTELES: PRIORUM ANALYTIICORUM L. I. c. 15—16,
25—27. TRANSLATIO BOETHII RECENSIONIS FLORENTINAE*

f 1 inc.: *contingens propositione erit syllogismus . . . (I. 15.)*

des.: . . . *non inesse non erit syllogismus aliud enim*

f 1' inc.: *ex necessitate non inesse et non ex [necessitate] . . . (I. 16.)*

des.: . . . *secundum necessarium autem primitiva (I. 16.)*

om. cca 3 folia

f 2 inc.: *plures enim conclusiones sunt . . . (I. 25.)*

des.: . . . *et quot modis monstratur, manifestum*

f 2' inc.: *argumentabilis est, nam quae in pluribus figuris . . . (I. 26.)*

des.: . . . *plurium talium idoneus fueris (I. 27.)*

ED.: Aristoteles Latinus III. 1—4. Analytica priora. Ed. L. Minio-Palluello.
Leiden 1962. 34—39, 54—60.

U. Fr. I. m. 58.

s. 14/m.

GRATIADAEUS AESCULANUS

Fragm. membr. — f 1 — 240 × 205 mm — binae columnae — lineae exstantes 52 — pars scripta integra 205 × 160 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis formata, indoles Italiae (Bonon.) s. 14/m. — manus unica — abbreviationes plerumque universitatis.

ORNAMENTA: litterae initiales et paragraphi simplices rubrae; littera initialis „Q” coloris rubri floribus et lineis per pennam ductis ornatae.

LIBER TRADENS: Vet. s. a.: 45.: Justinus, Marcus J.: Trogi Pompei externae Historiae in compendium ab Justino redactae. Lugduni 1523?

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Posony 1709.”

TEGUMEN LIBRI: modus agendi recompactoris est cuiusdam artificis Poseniensis.

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Hung.

GRATIADAEUS AESCULANUS OPraed: LECTURA SUPER LIBRUM SEX PRINCIPIORUM GILBERTI PORRETANI

f 1 inc.: epistola dedicatoria:[...] in Christo S[alvator]e fratri G. de Pisano de Conventu B[ri]xiensi ordinis fratrum predicatorum. Frater Gr[at]iadeu[s] esculanus [in] conventu Bon[oniensi] baccalaureus eiusdem ordinis ...

des.: ... accidentaliter adveniens. Quia

f 1' inc.: [vero est essentia] simplex ...

des.: ... quia sicut ab anima est

Ed.: —, Venezia 1493.

U. Fr. I. m. 59.

s. 13/m.

ARISTOTELES

Fragm. membr. — f 1, duo partes folii — 220 × 196 mm — binae columnae — lineae exstantes 37 — pars scripta integra 190 × 130 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/m. — manus unica — abbreviationes plerumque universitatis — glossae: s. 13/14. a manu legentis in codice.

ORNAMENTA: litterae initiales binae simplices in rubro.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

POSSESSOR: (in fragm.) „Sum ex Libris Andreae Kots”

PROVENIENTIA: usus Hung., orig. etiam potest esse Hung.

ARISTOTELES: LIBER SEXTUS PHYSICORUM c. 5—8.

Translatio vetus Graeco-Latina, cum glossis marginalibus, sed hic textus abbreviatus habetur.

f 1 inc.: *in quo d. z. mutatum est, sit in quo est b. c. . . .* (c. 5.)

des.: *. . . sed in omni omnem. Quod* (c. 7.)

f 1' inc.: *igitur si aliquid moveatur . . .*

des.: *. . . et in quo aptum natum est moveri* (c. 8.)

COLL. ED.: Aristotelis Opera. Tom. 4. Venetiis 1560. 222—235.

U. Fr. l. m. 60.

s. 14/m.

PS-PLATON

Fragm. membr. — ff 1 + 1, fasciculi medium bifolium — 230 × 127 mm — unica columna — lineae exstantes textus 9—12, commentum 20—25 — pars scripta integra 155 × 90 mm — lineatio — TAB. XXI.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m. — diversae manus et pro textu et pro commento — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: littera initialis D[ixit] figuralis, sed iam detrita, colorum rubri, brunatici, flavei, grisei, viridis et albi; in spatio interiore litterae figura auctoris, sed facies partim posterius alterata; viginti quattuor litterae initiales rubrae et caeruleae, e quibus nonnullae colore adverso, quam ipsa littera depicta, lineis per pennam ductis ornatae.

LIBER TRADENS: ignoscitur, quia fragmentum a libro avulsum cum aliquot paginarum chartacearum partibus a compactore pro tegumine adhibitis nobis innotuit.

UNA TRADITA: mss. Lat.: contionum sacrarum in lingua Latina, quibus subscribuntur nomina Tobiae Gaborjani, Thomae Ambrosii Stephanovich.

PROVENIENTIA: aliud fragmentum ex eodem codice (Summa perfectionis magisterii . . . auct. Ps-Geber) in Bibl. Semin. Gener. Cleri Hungariae Budapestinen. libro tradenti olim Coll. S. J. Tyrnavien. pertinuerat, unde saltem usus Hungariae tribuendus est, cui opinioni suffragantur nomina possessorum. (Cf Vol. I/2.)

PS-PLATON: LIBER QUARTUS CUM COMMENTO HEBUHABES HAMED EXPLICATUS AB HESTOLE. PARS 1—2.

f 1 inc. commentum: *elementis, et praecipue igni . . .*

textus: *Quot autem non resistit . . .*

des. textus: *. . . deinde extrahe ipsum similiter*

commentum: *. . . remanet ex anima post extra[ctionem]*

- f 1' inc. commentum: *[extra]ctionem pinguedinis . . .*
 textus: *Et figes eam tunc cum humiditate . . .*
 des. textus: . . . *et spiritus sicut erat*
 commentum: . . . *Opus rei quam in[summavit]*
- f 2 inc. commentum: *philopophus, in corpore ex divisione . . .*
 textus: *Et factum est non receptivum . . .*
 des. textus: . . . *fiet similiter clarum*
 commentum: . . . *qui est albedo. Habuhabes phylosophus. Hamed.*
- f 2' inc. textus: *Fiet anima similiter. . . .*
 commentum: *Reducitur color anime . . .*
 des. textus: . . . *in quo sit aliqua corruptio*
 commentum: . . . *quam docuit philosophus quos est*

ED.: Theatrum chemicum . . . Vol. 5. Argentorati 1622. 197—200.

VARIAE LECTIONES: textus: Quod 197: Quot; res ei: res rei; Et quod factum est 199: Et factum est; spoliari calore 199: spoliari colore

U. Fr. l. m. 61.

s. 13/2.

THOMAS DE AQUINO

Fragm. membr. — f 1 — 307 × *115 mm — unica columna, orig. binae — lineae exstantes 52 — pars scripta non integra 265 × *85 mm — integra 265 × 180 mm — TAB. XXII.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens, littera Parisina s. 13/2. — manus unica — abbreviationes multae apud scholasticos usitatae.

ORNAMENTA: littera initialis unica rubra detruncata. In margine superiore inscriptio abbreviata libri secundi Methaphysici (ME) in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: Inc. 125: Biblia Cum postillis Nicolai de Lyra. Venezia 1482—1483.

POSSESSOR: „Conventus S. Crucis de Lelesz Sacri Canonici Ord. Praemonstr. (ms. XVIII) — Petrus Csaky vir sinex [!] et vicecomes [!] Komaromien. Comitatus (recte comes Comitatus 1656—1671, cf Komárom megye és Komárom szabad királyi város /Comitatus Komaromiensis et Libera Regia Civitas Komarom/. Budapest 1908. 500.) Anno 1578 X die octobris in via fui quando Andreas Szászy personaliter presens etc. Propter pecuniam iuratem Dak Emre (. . .) m. ut videtur Mathias Galamboky — Petri Comari a preposito Chornensi datus hereditali obligatione — Sum liber Matthei de Galambok prepositi [!] Castriferrei et de Chorna. 1571.”

PROVENIENTIA: orig. Urbs Vetus, vel Parisien., usus Hung.

THOMAS DE AQUINO: LECTURA IN LIBROS METAPHYSICORUM ARISTOTELIS L. 1. LECT. 16—17. L. 2. LECT. 1. (REPORTATUM PARISIENSE)

- f 1 inc.: *mathematicorum. Sicut igitur alia mathematica erant . . .*
des.: . . . *haberet in se lineam, et quod corpus*
desunt f 1 col. 2. et f 1' col. 1.
- f 1' inc.: *praexistat cognoscens illa, quae addiscit . . .*
des.: . . . *ad quae extenditur huius philosophiae consideratio*

ED.: Thomas de Aquino: Opera omnia XX. Parmae 1866.

NOTITIA: de Lectura S. Thomae Aquinatis in Metaphysicam Arist. (a. 1260—1264. in Urbe Veteri, cf Chenu: 184—186.) Lecturam ipsam in forma, qua fragmentum eam exhibet, textum editum esse non puto, quia scriptor, qui alioquin et scripturae et compendiorum stationibus universitariis propriorum gnarus erat, multoties verba et phrases omisit. Ideo reportato potius quam textui edito et sic vulgato fragmentum olim pertinuisse opinor. Codex vero ipse iam deperditus libro tradenti adhuc id in tegumine testante s. 15/16. „ . . . ad usum . . . ff . . . stud[entium]” destinatus fuerit; possessor deinde noscitur Mathaeus Galamboky praep. eccl. coll. de Castroferreo (A.-T. Horváth: 22—23), postea eccl. de Csorna (olim OPraem) in annis 1573—1593. Liber deinde pervenit in manus successoris M. Galamboky, scilicet Stephani Simandi, qui demum simul praep. eccl. S. Crucis de Lelesz (olim OPraem) in annis 1646—1653, sed mansit Csornensis, ab a. 1634 episcopus electus Transsilvaniae a rege, sed a pontifice non confirmatus (A.-T. Horváth: 27—29). Liber exinde ad a. 1787 in possessione Praemonstratensium ibidem mansit. Quo anno canonica a Iosepho II. suppressa in Bibliotheca Universitatis delatus est. His omnibus perpensis liber tradens et forse ipse codex primitus a studio conventus OPraed de Castro Ferreo (Vasvár) possidebatur.

U. Fr. I. m. 62.

s. 14/2.

TRACTATUS SCHOLASTICUS

Fragm. membr. — ff 2 — 275 × 400 mm — binae columnae — lineae exstantes 49 — pars scripta integra 245 × 170 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens, ind. Germ. s. 14/2. — manus diversae — abbreviationes plerumque universitatis.

ORNAMENTA: paragraphi in rubro.

LIBER TRADENS: A 25: Vitae patrum. (Bohemice, ms. 17.)

POSSESSOR: „Inscriptus bibliothecae Sassiniensi O.S.P.P.E. 1764.”

PROVENIENTIA: forsitan Bohem. (Morav.) vel viso possessore Hung. superior.

TRACTATUS SCHOLASTICUS

Commentarium super librum Aristotelis de generatione et corruptione
— auctor incertus.

NOTITIA: textus lecturae satis difficilis tamen sensus, in quantum erui potest, superius indicato generi litterarum attribuendus est; in margine alphabetum in gothica textuali formata.

U. Fr. I. m. 63.

s. 13/m.

GLOSSA ORDINARIA

Fragm membr. — f 1 — 353 × 217 mm — textus unica columna cum glossis in utraque parte et interlinearibus — lineae exstantes f1 textus 22, glossae marg. 22; f1' textus 14, glossae marg. 23 — pars scripta integra, textus cum apparatu 200 × 135 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/m. (Mss dés Pl. XLII.) — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: paragraphi in colore rubro et copiose ornatae; in margine superiore inscriptio in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: Hc 4^r 153; Joannes Angelus: Thesaurus linguarum ... Pars I. Ingolstadii 1626.

POSSESSOR: „Conventus Illav. ordinis SS Trin. — Sum Johan[nis] Rikatii.”

UNA TRADITA: Calendarium Bohemicum.

PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Hung.

GLOSSA ORDINARIA IN EZECHIELEM c. 22,18—29.

f 1 textus inc.: *argenti facti sunt ...*

des.: ... *compluta in die furoris*

apparatus inc.: *accipit formas, prout voluntas ...*

des.: ... *neque compluite dicitur*

f 1' textus inc.: *Coniuratio prophetarum ...*

des.: ... *egenum et pauperem affigebant*

apparatus inc.: [*Unde*] *mandabo nubibus ...*

des.: ... *gratia faciant*

ED.: —, Venetiis 1588.

U. Fr. l. m. 64.

s. 13/m.

GLOSSA ORDINARIA

Fragm. membr. — ff 4, fasciculi duo intermedia bifolia, desunt duo media bifolia — 270 × 416 et 263 × 393 mm — binae columnae — lineae exstantes 37 — pars scripta non integra *225 × 155 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata et ad textum (Mss dés Pl. XLV. a.) et ad glossam, s. 13/m. — manus duae, una ad textum et altera ad glossam — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: septem initiales rubrae et caeruleae alternatim, lineis adverso colore per pennam ductis, paragraphi et numeri capitis in rubro et caeruleo lineis per pennam ductis ornati; in marginibus superioribus tituli („Hes-ter”) litteris rubris et alternatim caeruleis lineisque adverso colore transductae.

LIBER TRADENS: Vet. 47/30: [Panormitanus, Nicolaus]: Consilia iurisque responsa, quaestiones ac tractatus . . . Lugduni 1547.

UNA TRADITA: tegumini huius libri in dorso a compactore adglutinatum invenitur aliquod parvum fragmentum prorsus eiusdem speciei, quod etiam in alio exemplari Panormitani fragmentis Zachariae Chrysopolitani tecto videri potest. Unde iure concluditur fragmentum hoc ibidem, ubi hoc aliud exemplar in usu fuit et consequenter compactum est, id est Tyrnaviae, adhibitum esse. Qua de ratione sicut fragmenta Chrysopolitani etiam praesens fragmentum e codicibus dilapsis Eccl. Strigon. originem ducit.

PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Hung., cf Una tradita.

GLOSSA ORDINARIA AD LIBRUM JUDITH (1,1—7,3) ET AD LIBRUM ESTHER (1,2—4,16)

- f 1 inc.: *quam appellavit Ecbatanis* . . .
des.: . . . *innumerabilium camelorum*
- f 1' inc.: *Ciliciae, ascenditque* . . .
des.: . . . *angustum iter esse poterat*
- f 2 inc.: *altare Dni operuerunt* . . .
des.: . . . *dum non peccarent*
- f 2' inc.: *quoniam tradens tradet* . . .
des.: . . . *urbibus universae*
- f 3 inc.: *quando sedit* . . .
des.: . . . *vasthi coram rege*
- f 3' inc.: *mandaverat, venire* . . .
des.: . . . *quae noluit ei indicare populum*
- f 4 inc.: *per ordinem puellarum* . . .
des.: . . . *nec se adoraret, iratus*
- f 4' inc.: *regni Assueri* . . .
des.: . . . *Mardochoaeo, verba mandavit*

ED.: Biblia Sacra cum glossa interlineari ordinaria. II. Venetiis 1588. 293—297., 305—310.

NOTITIA: scriptura nimis detrita vix legibilis est, unde ordinatio textus certo modo determinari non poterat, sed cum etiam glossis interlinearibus textus esset provisus absque dubio ulterius investigare non sine laboris pretio esset.

U. Fr. I. m. 65.

s. 13/1.

GLOSSA ORDINARIA

Fragm. membr. — f 1 — 157 × 217 mm — textus unica columna cum glossis in utraque parte et interlinearibus — lineae exstantes f1 textus 14, glossae max. 28; f1' textus 13, glossae max. 26 — pars scripta non integra, textus cum glossis *135 × 123 mm, orig. 195 × 123 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/1. — manus diversae et ad textum et ad glossam — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales quinque rubrae et binae caeruleae; ad glossas initiales rubrae et caeruleae, paragraphi semper colore adverso.

LIBER TRADENS: AC 773: Wahrhafter Bericht und Denckwürdiger Verlauff . . . Strassburg 1665.

POSSESSOR: „Domus Probationis S. J. Viennae ad S. Annam 1678.”

UNA TRADITA: annotationes commerciales Italianae.

PROVENIENTIA: orig. Gall. septentrionalis?, usus Germ. merid. vel Austr.

GLOSSA ORDINARIA IN LUCAM c. 14,10—12; 14,13—15.

- f 1 textus inc.: *[vene]rit qui te invitavit . . .*
des.: . . . *neque cognatos*
glossa inc.: *Secundum ordinem literae . . .*
des.: . . . *neminem pudeat aliquid*
f 1' textus inc.: *claudos cecos . . .*
des.: . . . *regno Dei at ip[se]*
glossa inc.: *Si quis manducaverit . . .*
des.: . . . *iam parata xpo*

ED.: —, Venetiis 1588.

U. Fr. I. m. 66.

s. 13/1.

GLOSSA ORDINARIA

Fragm. membr. — f 1 — 258 × 185 mm — textus unica columna cum glossis in utraque parte et interlinearibus — lineae exstantes f 1 textus 14, glossae max. 32; f 1' textus 12, glossae max. 31 — pars scripta integra, textus cum glossis f 1 165 × 135 mm, f 1' 137 × 130 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/1. — manus unica et ad textum et ad glossam — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales binae rubrae, paragraphi in nigro.

LIBER TRADENS: Fa 5097: Psychologia, hoc est de hominis perfectione ... Marpurgi 1597.

POSSESSOR: „M. David Kilgerus 27. Febr. A. C. 1605.” — „Coll. Soc[ietatis] Jesu Posony ad S. Salvatorem 1632.”

UNA TRADITA: fragm. incunabuli: Pelbarti de Temeswar Pomerium.

PROVENIENTIA: Orig. Gall., usus Hung. teste possessore Poseniensi.

GLOSSA ORDINARIA IN LUCAM c. 10,38 — 11,2.

f 1 textus inc.: *[mul]er quaedam Martha ...*

des.: ... *Porro unum est*

glossa inc.: *[re]manent duae vitae ...*

des.: ... *qui hic ardere*

f 1' textus inc.: *necessarium, Maria optimam ...*

des.: ... *Cum oratis dicite*

glossa inc.: *inchoat, cum ipsum ...*

des.: ... *sed precibus est obtinenda*

ED.: —, Venetiis 1588.

NOTITIA: fragmentum vero similis tali sorte potitum est, ac alia pro compactura librorum Coll. S. J. Posoniensis inservientia, quia libri ex abolita bibliotheca eccl. Augustanae Confessionis in possessionem S. Salvatoris admissi et ibidem recompacti sunt (cf Introductionem).

U. Fr. I. m. 67.

s. 12/2.

PETRUS LOMBARDUS

Fragm. membr. — f 1 — 330 × 220 — textus unica columna, glossae unica columna — lineae exstantes textus 25 et 22, glossae 50 — pars scripta integra, textus cum glossis 250 × 160 mm — punctatio et lineatio.

- SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 12/2. — manus diversae et ad textum et ad apparatusum — abbreviationes consuetae.
- ORNAMENTA: ad textum maiores, ad commentarium minores initiales in rubro et caeruleo, partes textus in rubro subductae.
- LIBER TRADENS: E 44 [ms.]: Zwey auserlösene Chymische Biechlein. s. 1. 1669.
- POSSESSOR: „Sum Joannis Georgy Sixti — Ex pio legato A. R. D. Josephi Sixti Parochi ad S. Dionysium pie in Domino defuncto pro bibliotheca Leobienſi ad S. Florianum.“
- UNA TRADITA: impr.: vocabularium Lat. — Graec.; et impr.: Zwei ... Geistliche Lieder (in cruda).
- PROVENIENTIA: viso possessore primo Austr. (Styria).

PETRUS LOMBARDUS: COLLECTANEA IN EPISTOLAS PAULI. IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES c. 2,18—23; 3,1—2.

- f 1 textus inc.: [*Nemo vos*] *seducat, volens in humilitate ...*
 des.: ... *in superstitione et humilitate*
 expos. inc.: *caeremonias, quarum rationem ignorat ...*
 des.: ... *id est putant se habere*
- f 1' textus inc.: [*humilitate*] *et ad non parcendum ...*
 des.: ... *Propter que venit ira Dei in filios diffidentie*
 expos. ins.: *rationem sapientiae qui illa tradunt ...*
 des.: ... *cum veneritis*

Ed.: PL 192,277—281.

U. Fr. l. m. 68.

s. 13/2.

PETRUS LOMBARDUS

Fragm. membr. — f 1 — 312 × 237 mm — textus binae columnae, glossae binae columnae — lineae exstantes textus max. 21, glossae max. 52, orig. 53 — pars scripta non integra, textus cum glossis *245 × 145 mm, integra 250 × 145 mm — punctatio et lineatio.

- SCRIPTURA: in textu gothica textualis formata s. 13/2., in expositione gothica textualis s. 13/2., in glossis marg. gothica cursiva currens s. 14/1. — manus diversae et ad textum et ad expositionem et ad glossam — abbreviationes consuetae.
- ORNAMENTA: ad textum sex maiores initiales in rubro, caeruleo et viridi lineis ornatae, ad glossam tres initiales minores in rubro. Partes textus rubro subductae.
- LIBER TRADENS: MV 307: Simonius, Simon: Appendix scoparum ... s. 1. 1589 (dedicatus Sigismundo a Báthory).
- POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Soprony Catalogo Inscriptus 1640.“
- PROVENIENTIA: orig. Paris., usus videtur esse Hung.

PETRUS LOMBARDUS: COLLECTANEA IN EPISTOLAS PAULI. IN EPISTOLAM AD EPHESIOS c. 2,19—22; 3,1—12.

- f 1 textus inc.: *In quo omnis edificatio . . .*
des.: . . . *meam in ministerio Christi*
expositio inc.: *fundamentum fundamentorum . . .*
des.: . . . *in cognoscendo hoc occulto*
f 1' textus inc.: *Quod aliis generationibus . . .*
des.: . . . *absconditi a saeculis in Deo*
expositio inc.: *agni tum aliis generationibus . . .*
des.: . . . *Haec sunt divinitiae investigabiles*

ED.: PL 192,186—189.

U. Fr. l. m. 69.

s. 14/15.

COMMENTARIUM IN SENTENTIAS

Fragm. membr. — f 1 — 153 × 195 mm — binae columnae — lineae exstantes 16 — pars scripta non integra *120 × 150 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initialis unica caerulea detruncata, maiusculae nigrae cum lineis in rubro duplicatis. Paragraphi in rubro et in caeruleo alternatim.

LIBER TRADENS: RMK I 144: Szentgyörgyi Gergely: Elmélkedések az örökkévalóságról . . . Posony 1643.

POSSESSOR: „Residentiae Societatis Jesu Szokolca Catalogo inscriptus Anno 1661.”

PROVENIENTIA: Hung. saltem quantum ad usum.

COMMENTARIUM IN SENTENTIAS. DIST. 15—16.

SPECIMEN TEXTUS: *Sed hoc non videtur bene dictum quia Rabbi Moyses [...] quod coniunctio contrariorum in eodem subiecto est unum de impossibilibus quod creator non potest facere.*

U. Fr. l. m. 70.

s. 13/2.

THOMAS DE AQUINO

Fragm. membr. — ff 2, quaternionis 1,8 ff — 370 × 240 et 340 × 203 mm — binae columnae — lineae exstantes 57 — pars scripta integra 270 × 195 mm — TAB. XXIII.

- SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/2. (Mss dés. Pl. LXVI. (1282 anno) — manus unica — abbreviationes consuetae.
- ORNAMENTA: initiales duodecim in rubro quaedam detritae quaedam detruncatae; inscriptio in superiore margine rubri coloris, numeri quaestionum et paragraphi in rubro.
- LIBER TRADENS: Vet. 24/10: Theophylactus: In quatuor (!) Evangelia enarrationes, Joanne Oecolampadio interprete. Basileae 1524.
- POSSESSOR: „Ex Liberalitate Illustrissimi Dni Caesarei Commissarij Emerici Sztáray — Bibliothecae S. J. Leutschoviensi inscriptus 1738.”
- UNA TRADITA: impr. Lat.: De vera libertate evangelica; mss. Germ.: Graduale OPraed (membr. s. 14/15.) et Brev. not. officio rhythmico Visit. B. Mariae (membr. s. 14.).
- PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Hung.

THOMAS DE AQUINO: SUMMA THEOLOGICA L. I. QUAEST. 85/8, — 87/1, 93/6, — 94/1.

- f 1 inc.: *intelligatur a nobis . . .*
des.: . . . *necessitatis invenitur, nihil enim . . .*
- f 1' inc.: *sicut hoc ipsum . . .*
des.: . . . *competit nobis secundum*
om. cca 3 bifolia
- f 2 inc.: *rationes et alias . . .*
des.: . . . *imago divinae Trinitatis*
- f 2' inc.: *comparationem ad objectum . . .*
des.: . . . *Ergo homo per essentiam*

- ED.: Thomas de Aquino: Opera omnia. I. Summa Theologica. Pars I. Paris 1882.
- NOTITIA: librum Emericus L. B. a Sztára praeses R. Camerae Scepusiensis (†1769) in Cassovia PP. S. J. dono dedit hoc fragmento iam tectum. Si pensatur donatoris patria et regio, ubi officio fungebatur, comitatus Zempleniensis et ibidem conventus OPraed in Sárospaták vel Cassoviae eiusdem ordinis domus cum sat locupleti bibliotheca considerandi veniunt. Codex Summae Theologicae Parisinus et antiquus maiore cum probabilitate in his conventibus Praedicatorum olim in usu esse poterat. Compactor vero cum materia comitanti Cassoviae, civitate bilingui Hung. et Germ., fragmentis librorum eccl. evangelicorum aevo instaurationis catholicae bene uti potuit. (Sztáray cf Nagy: Vol. 10. 866.)

U. Fr. I. m. 71.

s. 13/2.

THOMAS DE AQUINO — REGINALDUS DE PRIVERNO

Fragm. membr. — ff 4, duo media bifolia fasciculi — 353 × 400 et 135 × 361 mm — binae columnae — lineae exstantes 53 — pars scripta

ff 1,4 integra 240 × 150 mm, ff 2,3 non integra *50 × 150 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/2. — manus unica — abbreviationes plerumque universitatis.

ORNAMENTA: initiales quattuor in caeruleo, lineis rubri coloris per pennam ductis ornatae, binae in rubro lineis caeruleis ornatae, unica rubra simplex; paragraphi in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: Cod. Hung. 8: „Weszprémi Kódex” (ms. 16.)

POSSESSOR: in fragm.: „Ex libris Michaelis Winkler anno Dni 1801. — Inscriptus Catalogo MSC sub Liber Hungaricus, in quo est Sermo de passione Domini etc.” — Weszprémi-codex (ms. 19.: a manu custodis Bibl. Univ.) — (Notitia a manu utentis sororis OPræd de insula Leporum, Tyrnaviae vel Posonii, ms. 16—17.) „Eböl Virag Vaszarnap estue, Nagi Czütör Estue oluaszna.”

PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Hung.

THOMAS DE AQUINO: SUMMA THEOLOGICA — REGINALDUS DE PRIVERNO: SUPPLEMENTUM TERTIAE PARTIS. QUAEST. 55—60.

Nota fragmenti textus non parum differt ab editis, ad quam rem in altera parte huius tomi redibimus.

ED.: Thomas de Aquino: Summa Theologiae. V. Supplementum. Indices. Madrid. 1952.

U. Fr. I. m. 72.

s. 13/m.

QUAESTIO DISPUTATA

Fragm. membr. — f 1 — 207 × 135 mm — unica columna, orig. binae? — lineae exstantes 38 — pars scripta non integra *163 × *90 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/m. — manus unica — abbreviationes plerumque universitatis.

ORNAMENTA: initialis unica caerulea lineis ornata.

LIBER TRADENS: Vet. 40/45: Eckius, Joannes: Enchiridion locorum communium adversus Lutherum ... Lugduni 1540.

POSSESSOR: „Ex libris Joachimi Wittenberg Conv. Fraknoviensis ord. Serv. BMV 1779.”

PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Germ. merid. vel Austr.

QUAESTIO DISPUTATA DE NECESSITATE CREATIONIS

De eodem codice Fr. l. m. 73. — auctor ignoscitur.

SPECIMEN TEXTUS: . . . *contra ista arguitur primo, quia creatio et productio habuit verum esse reale, ergo quando producitur ab effectibus non producitur de [. . .] tur, nisi secundum [. . .] novum ad efficiens; non videtur esse productio ad [. . .] quod et minus est causatio [. . .] simpliciter quam sit aliter ubi est productio in ali[. . .]*

U. Fr. l. m. 73.

s. 13/m.

QUAESTIO DISPUTATA

Fragm. membr. — f 1 — 218 × 150 mm — unica columna, orig. binae?
— lineae exstantes 38 — pars scripta non integra *165 × *120 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/m. — manus unica — abbreviationes plerumque universitatis.

ORNAMENTA: paragraphi in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: 013 485: Bacharius, Petrus: Hortulus precationum . . . Lovanii 1571.

POSSESSOR: „Conventus Viennensis Ord. Serv. — Conv. Fraknoviensis Ord. Serv.”

PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Germ. merid. vel Austr.

QUAESTIO DISPUTATA DE NECESSITATE CREATIONIS

De eodem codice Fr. l. m. 72. — auctor ignoscitur; allegantur: Aristoteles, Avicenna.

SPECIMEN TEXTUS: *Contra istam rationem instatur primo quelibet creatura non sit necessaria [. . .] esse actuali tamen videtur, quod aliquid a Deo sit necessarium in esse potenciali, quia ipsum potenziale esse est necessarium; quod patet ex hoc quia [. . .] aliquid potenziale potentie eius in se, quam relatio Dei ad ipsum; nam non est potentia adiecto (?), nisi potest potenziale in se quia [. . .]*

U. Fr. l. m. 74.

s. 13/2.

QUAESTIO DISPUTATA

Fragm. membr. — f 1 — 180 × 240 mm — binae columnae — lineae exstantes 35 — pars scripta non integra *157 × 190 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae

ORNAMENTA: initiales duae simplices rubrae.

LIBER TRADENS: RMK III 271/a: Montmorencius, Franciscus: Cantica. Viennae 1632.

POSSESSOR: „Hunc librum dedit pro memoria E. J. Fratri et amico suo. Cs. H. 28. Feb. 1659. — Conventus S. Martini S. Montis Pannoniae ord. Bened. 1660. 8. Marty.”

UNA TRADITA: RMK I 638.: Kalendarium + Prognosticon. Kolozsvár 1634.

PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Hung.

QUAESTIO DISPUTATA DE PASSIONIBUS

Auctor ignoscitur.

SPECIMEN TEXTUS: . . . *precedent passiones irascibiles; quod sic declaratur nam in motibus ordinatis sic terminus precedit terminum et motus motum. Cum ergo bonum absolute consideratum et malum absolute sumptum precedant bonum et malum . . . sub ratione ardui vel difficilis*

U. Fr. l. m. 75.

s. 14/15.

TRACTATUS DE EUCHARISTIA

Fragm. membr. — f 1 — 245 × 190 mm — unica columna — lineae exstantes 35 — pars scripta integra 200 × 150 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initialis unica rubra.

LIBER TRADENS: RMK I 63: Göncz Miklós, Pálházi: Az Ur vacsoraiarul, az igaz Augustana confessio szerint. Keresztur 1613.

UNA TRADITA: adnotatio Hung.: „Hideg leles ellen valo orvossagokhoz bötük. Abracadabra.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

TRACTATUS DE MATERIA SACRAMENTI EUCHARISTIAE

Auctor ignoscitur.

SPECIMEN TEXTUS: *Sequitur [iber] 2^s: Sunt eutem alii liquores tam carnales quam artificiales ex quibus per eandem rationem sanguis Christi confici non potest; ut est paulus lewis cerevisia, medo, claretum, moretum et etiam liquor a pomorum diversis generibus ex [tractus ?] . . .*

U. Fr. l. ch. 76.

s. 14/2.

HUGO RIPELIN

Fragm. chart. — ff 29 — 185 × 147 mm vel 185 × 260 mm — binae columnae — lineae exstantes 26 vel 27 — pars scripta integra 143 × 100 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens s. 14/2. — manus unica — abbreviatioes
consuetae.

ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae et caeruleae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

HUGO RIPELIN OPraed: COMPENDIUM THEOLOGICAE VERITATIS. L. 2. c. 62. — L. 5. c. 21.

- f 1 : 2,62: *De primis parentibus*
inc.: *ad similitudinem*
2,63: *De preceptis Ade datis*
deest unum folium
- f 2 : 2,65: *De casu primi hominis*
inc.: *[Si scire] volueris*
2,66: *De ordine tentationis in nobis*
- f 3 : 3,1: *De malo in genere*
des.: *ordinate ponitur*
desunt sex folia
- f 4 : 3,8: *De peccato originali secundum rem*
inc.: *curetur in baptismo*
3,9: *De peccato originali secundum nomen*
3,10: *De primis motibus*
- f 5 : 3,11: *De morosa delectatione*
des.: *vult is opere procedere*
deest unum folium
- f 6 : 3,12: *De peccato veniali*
inc.: *quia peccatum veniale*
3,13: *De effectu peccati venialis*
- f 7 : 3,14: *De septem vitiis capitalibus*
- f 8 : 3,15: *De superbia*
- f 9 : 3,16: *De invidia*
- f 10 : 3,17: *De ira*
- f 11 : 3,18: *De accidia*
- f 12 : 3,19: *De avaritia*
- f 13 : 3,20: *De gula*
- f 14 : 3,21: *De luxuria*
- f 15 : 3,22: *Quando superbia sit mortale vel veniale*
- f 16 : 3,23: om. cap.: *Quomodo invidia sit mortale vel veniale*
3,24: om. cap.: *Quomodo ira sit mortale vel veniale*
3,25: om. cap.: *Quomodo accidia sit mortale vel veniale*
- f 17 : 3,26: om. cap.: *Quomodo avaritia sit mortale vel veniale*
3,27: om. cap.: *Quando gula sit mortale vel veniale*
des.: *Ebrietas tamen quinque*
desunt cca quattuordecim folia
- f 18 : 4,14: *De plenitudine gratiae Christi*
inc.: *[dicit] Johannes Plenum gratie*

- 4,15: *De plenitudine sapientiae Christi*
 4,16: *De merito Christi*
 des.: *Conceptionis suae. Ex tunc*
 desunt sex folia
- f 19: 4,23: *De resurrectione Christi*
 inc.: *motiva est in corporacione nostri*
- 4,24: *De ascensione Christi*
 des.: *Ber. Securum accessum*
 desunt tria folia
- f 20: 5,4: *De effectu gratiae*
 inc.: *est prefectio. Prima est gratiae*
 5,5: *De virtutibus et primo quod sit virtus*
 5,6: *De perfectione virtutum*
- f 21: 5,7: *De equalitate virtutum*
 5,8: *De connexionione virtutum*
- f 22: [5,9.: *De commendatione virtutum!*]
 5,10.: *De effectu virtutum*
- f 23: 5,11: *De merito virtutum*
- f 24: 5,12: *De habitatione virtutum*
 5,13: *De operibus meritoriis*
 5,14: *De fine actionis*
- f 25: 5,15: *Quid mereamur*
- f 26: 5,16: *De diffinitionibus et differentiis virtutum*
- f 27: 5,17: *De differentia virtutum cardinalium et theologiarum*
 5,18: *De virtutibus theologicis in genere*
 5,19: *De fidei utilitate*
- f 28: 5,20: *De effectu fidei*
- f 29: 5,21: *De articulis fidei*
 des.: *credendo in deum ire ac membris*

Error rubricatoris: capita L. 5, 9. et 10. ab inverso scripta sunt.

ED.: (Hugo Ripelin ab Argentina): *Compendium Theologicæ Veritatis*.
 Venetiis 1510.

U. Fr. l. m. 77.

s. 13/2.

COLLATIONES PARISIENSES

Fragm. membr. — f 1 — 205 × 110 mm — binae columnae — lineae
 exstantes 34 — pars scripta non integra 155 × *90 mm, integra
 155 × 105 mm — lineatio — TAB. XXIV.

SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/2. — manus unica — abbrevia-
 tiones consuetae, plerumque universitatis.

ORNAMENTA: littera initialis unica simplex rubra.
LIBER TRADENS: ignoscitur.
POSSESSOR: in fragm.: „Christophorus Kalmadi magister Philosophiae Theologus
4 annorum;
Concionator Parisiensis Barabantias Parisiensis.” — Christophorus
Kalmadi: anno 1653. Praepositus BMV de Vaska et Canonicus
Ecclesiae Zagrabiensis; — vide Bibl. Univ. Vet. 11/19. Poss.
PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Hung.

*COLLATIONES IN UNIVERSITATE PARIENSI HABITAE
DE SANCTO BARTHOLOMAEO ET DE SANCTO EGIDIO*

f 1 inc.: *De Sancto Bartholomaeo: [Nam exp]oliavit [se] yonathas [tunicam]
qua erat indutus et [dedit e]am David etc. Verba ista [...] in libro
regum et ponuntur [in honor]em beati Bartholomei [cuius] hodie festum
agitur.*
des.: ... *si ergo vestibus illis vestiri affectamus, studeamus huius sancti
vestigia imitari. Quod nobis prestare dignetur, pater [et filius et spiritus
sanctus] De Sancto Egidio conf.*
f 1' inc.: *Convertisti planctum meum in gaudio mihi etc. in verbis istis triplex
status beati Egidii describitur . . .*
des.: ... *significat Jesum [Christum] qui nos beatificat et letific[at]*

U. Fr. I. m. 78.

s. 14/2.

POSTILLA IN PERICOPAS

Fragm. membr. — f 1 — 40 × 160 mm — binae columnae — lineae
exstantes 10 — pars scripta non integra *40 × 115 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis ad textum et cursiva textualis ad expositionem s. 14/2.
— manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Vet. 25/30: Homeros: Ilias. Argentorati 1525.

POSSESSOR: „Suo Adamo Baiero Georgius Langer” — in Una tradita: „Johannes
ZentRev (?)” — sigillum Bibl. Nat. Hung. s. 20.

UNA TRADITA: sermones (m. s. 14).

PROVENIENTIA: incerta.

POSTILLA IN PERICOPAS (QUADRAGESIMALE)

Fer. II et III pt Dcam Laetare — auctor ignoscitur.

SPECIMEN TEXTUS: „*et patet concordia inter epistolam in Corinthios et ewangelium
hodiernum*”

U. Fr. l. m. 79.

s. 13/2.

CODEX CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — 340 × 193 et 370 × 183 mm — textus binae columnae, apparatus binae columnae — lineae exstantes textus max. 42, apparatus 85 — pars scripta non integra, textus cum apparatu 330 × *190 mm, integra cca 330 × 220 mm — punctatio — ТаВ XXV.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/2. — manus diversae et ad textum et ad apparatusum — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: initiales rubrae lineis caerulei coloris per pennam ductis ornatae, caeruleae autem lineis rubri coloris. In margine superiore numeri libros signantes, paragraphi in rubro et caeruleo alternatim. — Loci allegati per nomina in rubro incipiunt.

LIBER TRADENS: Bg 2^r 93: [Chassenaues, Bartholus: Commentaria . . . in consuetudines ducatus Burgundie. s. l. 1552.]

PROVENIENTIA: orig. Bononien., usus vero incerta, cum liber initio mancus sit!

CODEX CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI c. IV. 5,4—
7,1; 44,16—49,1.

- f 1 textus inc.: *[pos]se certissimi iuris . . . (5,4)*
des.: . . . *ea lege sorori tue predia cetera (6,2)*
apparatus inc.: *si iuravit creditor debitore . . .*
des.: . . . *si ut proponis*
- f 1' textus inc.: *que quorum meministi . . . (6,2)*
des.: . . . *et eo imole[ta] (7,1)*
apparatus inc.: *esset apposita pactio . . .*
des.: . . . *Adducationis*
- f 2 textus inc.: *postremo sub empti . . . (44,16)*
des.: . . . *ut [ipsa] tri[buta] (47,1)*
apparatus inc.: *representem, quod utrumque (?) . . .*
des.: . . . *nec illa institutio*
- f 2' textus inc.: *[tri]buta agnosceret . . .*
des.: . . . *obligatus competit (49,1)*
apparatus: incipit non videtur
des.: . . . *Adversus eum*

Ed.: —, Mainz 1475.

U. Fr. I. m. 80.

s. 13/2.

CODEX CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI

Fragm. membr. — f 1, 3 partes folii — 223 × 98, 125 × 32 et 212 × 56 mm — textus binae columnae, apparatus binae columnae — lineae exstantes textus max. 35, apparatus max. 43 — pars scripta non integra cca *207 × 210 mm, integra cca 350 × 210 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/2. — manus videtur esse unica et ad textum et ad apparatusum — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae — glossae: s. 14. a manu utentis codice.

ORNAMENTA: initialis unica caerulea (Parisien.) lineis per pennam ductis ornata, plures aliae detruncatae; loci allegati per nomina in rubro incipiunt.

LIBER TRADENS: Hb ivr. 35: Cicero, M. T.: Familiarium epistolarum libri XVI. Parisiis 1557.

POSSESSOR: „Collegij Pasmaniani, Catalogo inscriptus Anno 1646.” — in fragm.: „Inscriptus Cathalogo Librorum Collegij Pazmaniani pro usu Alumnorum Archidioecesis Strigoniensis.”

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus potest esse Hung., si liber iam cum fragmentis tectus usui Alumnorum Archidioecesis ex Hungaria datus fuerit.

CODEX CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI C. V. 14,8—9,10—11; 15,1; 16,1—5.

f 1 in margine superiore textus breves speciem summationis prae se ferentes lineis rubris et caeruleis parum ornatis circumdati videntur.

textus inc.: *nullam uxore prohibente* ... (c. 8.)

des.: ... *Si mulier marito suo nomina* (c. 11.)

apparatus inc.: *ne fideiussores* ...

des.: ... *tacite fuit*

f 1' textus inc.: *marito recipere* ... (c. 11.)

des.: ... *matr[imonio durante]* (tit. 16.5)

apparatus inc.: *quando non exegerat* ...

des.: ... *cum eadem voluntate*

Ed.: —, Mainz 1475.

U. Fr. I. m. 81.

s. 13/2.

DIGESTA CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI

Fragm. membr. — ff 2+2, duorum quaternionum duo intermedia bifolia, desunt bifolia media fasciculorum — 282 × 423 et 270 × 423 mm — textus, apparatus binae columnae — lineae exstantes textus

36—38, apparatus max. 73, min. 39 — pars scripta non integra, textus cum apparatu max. *260×*190 mm, orig. cca 300×210 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/2. — manus unica et ad textum et ad apparatusum — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae — glossae: s. 14/m. a manu utentis codice.

ORNAMENTA: initiales maiores 31 in caeruleo, lineis rubris ornatae, minores 28 in rubro lineis caeruleis ornatae (unica detruncata); paragraphi in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: Bc ivr. 153: Jason de Mayn: Lectura. Mediolani 1519.

POSSESSOR: „Francisci Bagni” — „Collegij Fluminensis Societatis Jesu.”

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus vero adiacens civitas maritima Fluminis (Fiume, Rijeka).

DIGESTA CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI
D. XXXVII. 8,1—3., 9,1—10., 10,1., 14,7—10., 14—21.; D. XXXVIII.
1,21—34.


- f 1 textus inc.: *nam exheredatus* ... (D.37.8,1.)
des.: ... *sed magis ad fratrem*
apparatus inc.: *si post mortem* ...
des.: ... *His duobus natis*
- f 1' textus inc.: *solis iniuriam facit* ...
des.: ... *emancipavit, et emancipatus* (D.37.8,3.)
apparatus incipit, desinit vix legibilis
- f 2 textus inc.: *Mulier autem* ... (D.37.9,1.)
des.: ... *nisi mater aliunde* (D.37.9,6.)
apparatus incipit, desinit vix legibilis
- f 2' textus inc.: *admittitur. Ceterum si* ... (D.37.9,7.)
des.: vix legibilis
apparatus inc.: *agnatum vel cognatum* ...
des.: ... *de col. 1. filius*
- f 3 textus inc.: *Interdum illae* ... (D.37.14,7.)
des.: ... *In fraudem autem sit* (D.37.14,16.)
apparatus inc.: *precium operarum stipulatur* ...
des.: ... *Alienaverit*
- f 3' textus inc.: *ex singulis, ut centenarium* ... (D.37.14,16.)
des.: ... *heres institutus* (D.37.14,21.)
apparatus inc.: *huius nepotis* ...
des.: ... *quidem in aliis*
- f 4 textus inc.: *nec libertus praestiterit* ... (D.38.1,22.)
des.: ... *ex genere operarum* (D.38.1,25.)
apparatus inc.: *De certis* ...
des.: ... *liberto vel alii*
- f 4' textus inc.: *Ea et in ceteris* ... (D.38.1,25.)
des.: ... *iam cedere coeperunt* (D.38.1,34.)

apparatus inc.: *quando sponte sit (?)* . . .
des.: . . . *hoc est pacto procedit (?)*


Errores rubricatoris: f 3 Terentius: Nerentius Clemens; Ulpianus Paulus; f 3^o cap. 19—20.: o.i.; f 4 Julianus: Ulpianus (cap. 22.); Modestinus: Idem (cap. 31.)

ED.: —, Nürnberg 1482.


NOTITIA: duo fragmenta, quae modo descripta sunt (Fr. l. m. 81. et 82.), o eiusdem codicis partes fuere. Qualiter vero in diversis fasciculis lo eis obtigerit, schema hic delineatum ostendit:



Fr.l.m.81.



Fr.l.m.81.



Fr.l.m.82.

U. Fr. I. m. 82.

s. 13/2.

DIGESTA CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi prima-ultima folia, desunt quattuor media bifolia — 295 × 435 mm — textus binae columnae, apparatus binae columnae — lineae exstantes textus 47, apparatus max. 73, min. 46 — pars scripta textus integra 230 × 120 mm; textus cum apparatu non integra, max. 270 × 205 mm, integra cca 272 × 215 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/2. — manus unica et ad textum et ad apparatusum — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae — glossae: s. 14. a manu utentis codice.

ORNAMENTA: initiales 15 caerulei coloris lineis rubris ornatae; initiales 15 minores in rubro; loci allegati per nomina in rubro incipiunt. In margine superiore liber significatur, paragraphi in rubro.

LIBER TRADENS: Bc ivr. 153: Jason de Mayn: Lectura. Mediolani 1519.

POSSESSOR: „Francisci Bagni” — „Collegij Fluminensis Societatis Jesu.”

PROVENIENTIA: orig. Ital. et usus adiacens maritima civitas Fluminis (Fiume, Rijeka).

DIGESTA CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI D.
XXXVIII. 2,12—18.; D. XXXVIII. 8,1—XXXIX. 1.

- f 1 textus inc.: *sit eodem testamento* ... (D.38.2,12.)
des.: ... *subtractus est* (D.38.2,14.)
apparatus inc.: *referii ergo directo* ...
des.: ... *sed ibi speciale*
- f 1' textus inc.: *Si patroni filius* ... (D.38.2,14.)
des.: ... *Paulus: Patronae quidem liberi* (D. 38.8,1.)
apparatus inc.: *Accusat* ...
des.: *vix legibilis*
- f 2 textus inc.: *sobrina natum et natam* ... (D.38.8,1.)
des.: ... *Pomponius: Legitimus capite* (D.38.8,5.)
apparatus inc.: *vix legibilis*
des.: ... *agnata filio ut et colligitur*
- f 2' textus inc.: *denutis non datur* ... (D.38.8,5.)
des.: ... *an inter ceteros ipse* (D.38.9,1.)
apparatus inc.: *vix legibilis*
des.: ... *repudiavit et sic concordat*

Error rubricatoris: f 1' Ulpianus: idem (D.38.2,16.)

Ed.: —, Nürnberg 1482.

U. Fr. l. m. 83.

s. 13/14.

JOHANNES BLANASCUS BURGUNDUS

Fragm. membr. — f 1 — 300 × 222 mm — binae columnae — lineae exstantes 74 — pars scripta integra 262 × 160 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 13/14. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae.

ORNAMENTA: paragraphi in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: Hb 733: Lubinus, Eilhardus: In D. Junii Iuvenalis Satyrarum libros . . . Rostochii 1602.

POSSESSOR: „Collegij S. J. Posony ad S. Salvatorem cathalogo inscriptus 1693. № 317.”

UNA TRADITA: impr. Lat.: Horatii Odae cum commentariis.

PROVENIENTIA: orig. Gall., usus potest esse Hung. (primus possessor et probabilis locus compacturae).

JOHANNES BLANASCUS BURGUNDUS: COMMENTARIA SUPER TITULUM ET ACTIONIBUS IN INSTITUTIS. DE PRAEJUDICIALI, PER QUAM PETITUR VASALLUS

f 1 inc.: *ergo c. pe. VII . . .*

des.: . . . *sacramentum fidelitatem*

f 1' inc.: *sunt homines mei . . .*

des.: . . . *ut sit vinculum iniquitatis ut. XXII. 9.*

ED.: Johannes de Blanasco: Commentaria super Titulum de actionibus. Moguntiae 1539.

U. Fr. l. m. 84.

s. 9/in.

SYNODI ROMANAE III ET IV

Fragm. membr. — ff 1+1 — 140 × 148 et 87 × 142 mm — unica columna — lineae exstantes f 1 20; f 2 13, orig. cca 30 — pars scripta non integra f 1 *139 × 105, f 2 *87 × 105 mm, integra cca 200 × 105 mm — lineatio — TAB. XXVI.

SCRIPTURA: minuscula carolina Ital. (Veronensis?) s. 9/in. — manus unica — abbreviationes consuetae — ligatura pro *et*: *testaretur*; *praecepisset*; *aetate*; *venetiarum* etc; pro litt. *a*: *a* formae uncialis et *cc*.

ORNAMENTA: initialis unica in nigro.

LIBER TRADENS: Vet. 32/9: Expositiones Oecumeni in Acta Apostolorum . . . Veronae 1532. (Graeca)

POSSESSOR: „Collegij S. J. Soprony. 1756.”
PROVENIENTIA: orig. absque dubio Ital., usus Ital. aut Hung.

*SYNODI ROMANAE III (a. 501.) ET IV (a. 502.) EX ALIQUA
COLLECTIONE CANONICA*

Synodus Romana III

- f 1 inc.: *Cum ex diversis provinciis ad urbem Romam convenire . . .*
des.: . . . *sed et potentissimus princeps ipsum*
f 1' inc.: *[ne]gotio, prout poscebat causae tractatus . . .*
des.: . . . *non meruit secundum vota responsum*

Synodus Romana IV: canon VIII et subscriptiones quaedam

- f 2 inc.: *supra ea poenarum genera . . .*
des.: . . . *secundum animarum considerationem, quem*
f 2' col. 1. inc.: *Basilius [Tollentinas] . . .*
des.: . . . *Can[didus Tiburtinus]*
col. 2. inc.: *Ase[llus Populoniensis] . . .*
des.: . . . *Victor Lunesis*

ED.: Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio . . . Ed. Ph. Labbeus, J. D. Mansi. Tom. 8. Florentiae 1762.

VARIAE LECTIONES: legitime 247C: *om.*; ipse: *spei*; consulendi: *consulimus*; necessitas: *necessitas consulendi*; congregari: *causa congregari*; affectu 247D: *affectum*; sedi primum 248C: *sedis primum*; iudicio: *iudicium*; potentissimus: *potissimus*; corrigendi 249A: *corrigendo*; legaliter: *om.*; redintegrarentur seu: *om.*; regulariter: *legaliter*; non ante 249B: *om.*; alienata 268A: *aliena*; *Subscriptiones*: Ortensis 268D: *Ostrensis*; Suessanensis: *Bassanensis*; Tyndarinensis: *tondarinensis*; Spoletinus: *spolitanus*; Venusinus: *benusinus*; Carmelanensis: *carmenensis*; Praenestinus: *penestrinus*; Antiatinus: *anteattinus*; Polensis 269A: *pellensis*; Soranus 269B: *siranus*; Buxentinus: *bursentinus*; Senogalliensis: *sinogalliensis*; Lunensis: *dunensis*

NOTITIA: textus fragmenti textui codicis Lucensis (cf Ph. Labbeus) satis accedit; fragmentum in tres partes divisum remansit, quarta vero pars in compactura, specie inversa adhuc visibilis, sed iam periit.

U. Fr. l. m. 85.

s. 11/2.

SYNODUS CARTHAGINENSIS (COLL. DION.—HADR.)

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — 340 × 212 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 vel 29 — pars scripta non integra 275 × *195 mm, integra cca 275 × 200 mm — lineatio — TAB. XXVII.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 11/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales in nigro decem; canones, qui summantur, in nigro incipiunt, litterae maiusculae in rubro.

LIBER TRADENS: Inc. 623: Psalterium. Comm. Brunonis episcopi Herbipolensis. Nürnberg 1497.

POSSESSOR: „Ex dono Gen. Domini Joannis Kecskés Collegy Societatis Jesu Poseniensis Catalogo inscriptus 1639.” (Tegumen libri ante annum 1639. iam factum esse videtur, cf Fr. l. m. 9.)

UNA TRADITA: Fr. l. m. 9.

PROVENIENTIA: v. Librum tradentem et possessores; quod elicit plane ex eo, ut verba „vel bigamus” e capitulatione praesentis fragmenti, specie inversa, in fragmento Dionysiano legi possunt.

SYNODUS CARTHAGINENSIS (a. 417.) EX COLLECTIONE DIONYSIO—HADRIANA; CAPITULATIO CANONUM ET ACTA

Capitulatio canonum:

f 1 inc.: *De apostatis . . .*

des.: . . . *habentur immunes*

f 1' inc.: *textus vix legibilis*

des.: . . . *scandalum remaneret ecclesie*

Acta:

f 2 inc.: *causa est, quam insinuavit frater . . .*

des.: . . . *tractaremus, hodie tamen*

f 2' inc.: *oportet tractatum hesterni diei . . .*

des.: . . . *quibusque civitatibus vel locis per magis[tratus]*

ED.: PL 67,208—210.

VARIAE LECTIONES: assensione 208C: adsensione; Bagaiensi 209A: bagagensis; diaconis 209C: diaconibus; hesterni die: hesterno; Philologio 209D: philologia; Gesta: testa; legationis: legationes; Sitifensis: sifensis; Nam 210B: nam licet; Numidia: numidis; et credendum 210C: Ut credendum

U. Fr. l. m. 86.

s. 13/m.

DECRETALES CUM APPARATU BERNARDI DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1 — 90 × 298 mm — textus binae columnae, apparatus binae columnae — lineae exstantes textus max. 10, apparatus max. 25 — pars scripta non integra, textus cum apparatu *79 × 235 mm.

SCRIPTURA: gothico-rotunda Bononiensis s. 13/m. — manus diversae et ad textum et ad apparatusum — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae — glossae s. 15/m. utentis scriptae cursiva humanistica sunt.

ORNAMENTA: paragraphus unica in rubro.

LIBER TRADENS: Vet. 31/20: Aristoteles: Opera. Basileae 1531. (Graece)

POSSESSOR: „Collegij Posoniensis Societatis Jesu 1665. Apothecae.”

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus potest esse Hung.

DECRETALES CUM APPARATU BERNARDI DE BOTONE c. 6[—7]—8. X. 3,35.

f 1 inc.: textus: [*no*]verit non solum ab officio deponendum . . .

apparatus: *de suis manibus* . . .

des. textus non videtur

apparatus: . . . *ff de re [iud. inter pares]*

f 1' inc.: textus: *capitulo, processerint ad visitationis* . . .

apparatus: *per abbatem loci* . . .

des.: textus: . . . *sufficienter ministrentur*

apparatus: . . . *consignatione contulit.*

ED.: —, Venetiis 1600.

U. Fr. I. m. 87.

s. 13/2.

DECRETALES CUM APPARATU BERNARDI DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1, 2 partes folii — 138 × 185 et 237 × 198 mm — textus binae columnae, apparatus binae columnae — lineae exstantes textus 18 et 20, apparatus 36 et 44 — pars scripta non integra *130 × *185 et *237 × *198 mm, integra cca 350 × 230 mm — punctatio et lineatio — TAB. XXVIII.

SCRIPTURA: gothico-rotunda littera Bononiensis s. 13/2. — manus unica et ad textum et ad apparatusum — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae — glossae: s. 13/14. a manu utentis codice.

ORNAMENTA: initialis rubra lineis per pennam ductis in caeruleo ornata et aliae multae alternatim lineis rubris et caeruleis ornatae; maiusculae vocis incipientis in nigro, lineae in rubro duplicatae; paragraphi in caeruleo et rubro.

LIBER TRADENS: Vet. 16/9b: Johannes, XXI.: Parvorum logicalium liber. Viennae 1516.

POSSESSOR: „Hoc me donavit [. . .] Gregorius Turckinger [. . .] Cracoviam — Collegij Societatis Jesu Soprony Catalogo Inscriptus Anno 1640.”

PROVENIENTIA: cum adnotatio, quam possessor innotescit, a bibliopega (Sopronii?) decisa fuerit, fragmentum pro compactura forsitan iam in Hungaria inservire coeperit.

*DECRETALES CUM APPARATU BERNARDI DE BOTONE c.
44—51. X. 1. 6.*

- f 1 textus inc.: *valeant adimplere . . .* (44. X. 1. 6.)
des.: . . . *nostra et fratrum nostro[rum]* (48. X. 1. 6.)
apparatus inc., des. textus vix legibilis
- f 1' textus inc.: *[nostro]rum praesentia . . .*
des.: . . . *patrono ipsius quidam praedeces[sor]* (51. X. 1. 6.)
apparatus inc.: *[conse]ntiendo in ipsum . . .*
des.: . . . *quia diversae formae sunt.*
desunt inter duas partes cca. 9—10 lineae

Ed.: —, Venetiis 1600.

U. Fr. l. m. 88.

s. 14/m.

RAYMUNDUS DE PENNAFORTE

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi medium bifolium — 247 × 363 mm —
textus cum glossis binae columnae — lineae exstantes 33 — pars scripta
integra 165 × 115 mm — punctatio et lineatio — TAB. XXIX.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/m. — manus unica — abbreviationes
consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: paragraphi in caeruleo et rubro, partes textus rubro subductae.

LIBER TRADENS: Bd 4^r 144. [Ant. Tyrn. 1632/38]: [Gretserus Jacobus: De iure et more
prohibendi. Ingolstadt 1603.]

POSSESSOR: „Catalogo Societatis Jesu Tyrnaviensis Catalogo inscriptus 1632.
L.J.n.79.”

UNA TRADITA: fragm. mss. Germ.

PROVENIENTIA: ultimum membrum colligati Ingolstadii a. 1613. prodiit et a. 1632.
singula membra iam colligata catalogo inscripta sunt; exinde non sine
iure coniici potest fragmentum Tyrnaviae usui biliopegae inservisse,
quare Prov. Hung. suadetur.

*RAYMUNDUS DE PENNAFORTE: SUMMAE CUM GLOSSIS
(APPARATU) JOANNIS DE FRIBURGO L. 2. c. 7.: DE USURIS
ET PIGNORIBUS*

- f 1 inc.: *quod sit usura . . .*
des.: . . . *potest accipi, quia rei*
- f 1' inc.: *locatae periculum pertinet . . .*
des.: . . . *huiusmodi usum fructum*
- f 2 inc.: *vel aliud donum gratis datum . . .*
des.: . . . *Item quid si vendidi*

f 2' inc.: *Et [ed.: vel] etiam colligetur . . .*
des.: . . . *vel restituendo*

ED.: Summa S. Raymundi de Peniafort OPraed cum glossis Joannis de
Friburgo. Avenione 1715. 330—336.

U. Fr. l. m. 89.

s. 13/2.

BERNARDUS DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1 — 180 × 220 mm — binae columnae — lineae
exstantes 29 — pars scripta non integra *110 × 150 mm, integra cca
310 × 150 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in
iurisprudentia notae — glossae a manu utentis codice non videntur.

ORNAMENTA: initiales rubrae undecim detritae, lineis nigris ornatae.

LIBER TRADENS: Ac 576: Hellwich, Georgius: Chronicon vetus rerum Moguntiacarum
Conradi (1142—1251). Francofurti 1630.

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Tyrnaviae. Catalogo inscriptus Litt. C. №
1013. Anno 1636.”

UNA TRADITA: fragm. mss. Germ.

PROVENIENTIA: rationibus, quae supra ad Fragn. 88. expositae sunt, orig. in Italia et
usus in Hungaria patescit.

*BERNARDUS DE BOTONE: CASUS LONGI SUPER QUINQUE
LIBROS DECRETALIUM 3—4, X, 3,4. 6, X, 3,4.; 11—13, X,
3—4.; 16—17, X, 3,4. 4, X, 3,6.; 8—10, X, 3,5.*

De eodem codice superest Fr. l. m. 90. immo et tertium folium in Bibl.
Semin., cf Vol. I/2.

Ordo foliorum: Fr. l. m. 89. — desunt cca 21 ff — Fr. l. m. in Bibl.
Semin., cf Vol. I/2. — desunt cca 8 ff — Fr. l. m. 90.

f 1 inc.: *noluit in synodo privatus fuit . . .* (2, X, 3,4.)

des.: . . . *utrum per huiusmodi absentiam* (13, X, 3,4.)

f 1' inc.: *indulgentiarum . . .* (16, X, 3,4.)

des.: . . . *de ecclesiis [su]is* (16, X, 3,5.)

ED.: Bernardus Parmensis: Casus longi super quinque libros decretalium.
Strassburg 1484.

U. Fr. l. m. 90.

s. 13/2.

BERNARDUS DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1, 2 partes folii — 170 × 237 et 45 × 227 mm — lineae columnae — lineae exstantes 38 et 11, orig. cca 60 — pars scripta non integra *135 × 155 et *45 × 155 mm, integra cca 320 × 155 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae — glossae s. 15/m. a manu utentis codice.

ORNAMENTA: initiales quattuor rubrae simplices, partim detruncatae.

LIBER TRADENS: Ad 4^r 431: Tannerus, Adamus: Examen narrationis . . . Monachii s.a.

POSSESSOR: „Collegij Tyrnaviae Societatis Jesu [1628: expunctus] Catalogo Inscriptus 1632.”

PROVENIENTIA: cf Fr. l. m. 89.

BERNARDUS DE BOTONE: CASUS LONGI SUPER QUINQUE LIBROS DECRETALIUM 8—11, X, 4,17.; 13—15, X, 4,17.; 1—5, X, 4,18.; 1—5, X, 4,19.

De eodem codice Fr. l. m. 89. cf ordinem foliorum.

f 1 inc.: *moram faciens* . . . (8, X, 4,17.)

des.: . . . *ordo iudiciarius est* (13, X, 4,17.)

f 1' inc.: *in faciae ecclesiae* . . . (14, X, 4,17.)

des.: . . . *negotii domino* (5, X, 4,19.)

Ed.: cf Fr. l. m. 89.

U. Fr. l. m. 91.

s. 13/14.

CASUS DECRETALIUM

Fragm. membr. — f 1 — 262 × 185 mm — binae columnae — lineae exstantes 54 — pars scripta integra 205 × 135 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/14. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: initiales quattuor rubrae partim detruncatae.

LIBER TRADENS: Vet. 37/59: Galenus, Claudius: Medicorum schola . . . Basileae 1537.

POSSESSOR: „Ex libris Joannis Rulandi Medici”, mox Bibl. Nat. Széchenyi Budapest., nunc Bibl. Univ. Budapest.

UNA TRADITA: impr. Lat.: Johannes Fortius Ring: Dialectica (in cruda).

PROVENIENTIA: incerta, extra Hung.

CASUS DECRETALIUM

SPECIMEN TEXTUS: *Item episcopus vadit Romam et dimictit archidiaconum suum vel alium clericum loco suo. Tenentur ne fratres predicatorum ab eo petere licentiam recipiendi ab alio episcopo ordines; et an potest eis dare et similiter predicationibus seu aliis quae pertinent ad episcopum; et an potest dare indulgentias episcopales, et absolvere ab hiis quae pertinent ad episcopum quando non est sacerdos? Respondeo: Si episcopus dimictat aliquem loco sui, committere ei vices suas generaliter ad omnia predicata, vel specialiter quo ab aliquo ex illis, vel ad aliqua, quo ad illa debet haberi recursus ad illum, sicut ad episcopum et potest facere quae posset episcopus, si non excedant officium sui ordinis. Si autem excedunt, potest alii demandare habenti ordinem qui (!) ad talia facienda requiruntur.*

U. Fr. I. m. 92.

s. 14/1.

LECTURA IN DECRETALES

Fragm. membr. — f 1 — 83 × 162 mm — binae columnae — lineae exstantes 18 — pars scripta non integra *67 × 138 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/1. — manus unica — abbreviationes consuetae plerumque universitatis.

ORNAMENTA: initiales binae rubrae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

LECTURA IN DECRETALES: DE IN INTEGRUM RESTITUTIO-
NE c. 3—8, X, 1, 41.

Auctor incertus.

SPECIMEN TEXTUS: *. . . aliqua prescriptio tempore experiri non potest ut C de an. ex l. C. vitor. vel l in glossa „consuetudine” unde dicit l quod quondam licebat proximioribus retinendi venditionem, cum dominus Iustinianus in constitutione sua statuit, quod quilibet hanc potestatem vendendi [. . .] nisi rem nisi lex municipiis . . .*

U. Fr. l. m. 93.

s. 13/2.

HOSTIENSIS (HENRICUS DE SEGUSIO)

Fragm. membr. — f 1 — 383 × 225 mm — binae columnae — lineae exstantes 83 — pars scripta integra 300 × 190 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae — manus correctoris in margine supplet et emendat; genus litterarum in margine indicatur per correctorem $\bar{q}\bar{o}$ et per rubricatorem $\bar{Q}\bar{O}$.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae lineis adverso colore per pennam ductis ornatae, paragraphi in rubro et caeruleo in margine superiore liber et numerus caeruleo signatur.

LIBER TRADENS: Ad 4^r 146: Catalogus librorum, quos Iacobus Gretserus S. J. evulgavit usque ad octobrem anni 1610. Ingolstadii 1610.

POSSESSOR: „Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis (Sacri Montis Pannoniae?) 1637 Alumni Ex libris Nicolai Bist[...] — Catalogo Collegii Trencheniensis S. J. inscriptus 17[30.]”

PROVENIENTIA: orig. Paris., usus Hung.

HOSTIENSIS (HENRICUS DE SEGUSIO): SUMMA AUREA 7—10, X, 2. DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS

U. Fr. l. m. 94.

s. 13/2.

HOSTIENSIS (HENRICUS DE SEGUSIO)

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi unum intermedium bifolium, deest medium bifolium — f 1 310 × 238, f 2 316 × 286 mm — binae columnae — lineae exstantes max. 63 — pars scripta non integra max. *285 × 235 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Ital. s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae.

ORNAMENTA: initiales rubrae binae, lineis per pennam ductis ornatae in caeruleo, unica caerulea lineis in rubro colore ornata, paragraphi in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: J 1: Catalogus Collegii Tyrnaviensis Soc. Jesu ordine alphabetico auctorum. [anno 1634.]

POSSESSOR: [Coll. S. J. Tyrnaviensis] — „Libri in missionem Kecskemétiensem ablati p. Andrea Pestvarmegei ex collegio a. 1634. 31. Maji.”

UNA TRADITA: Impr. Hung. (RMNy I 652): „Vizsolyi Biblia” i.e. Biblia reformationis Hung. a Gasparo Karoli dicta et etiam monitum pro bibliothecario Tyrnaviensi cum appreciatione compacturae, de qua in Introductione.

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Hung.

HOSTIENSIS (HENRICUS DE SEGUSIO): LECTURA IN DECRETALES: c. 12—17, X, 5,6. DE IUDEIS ET SARACENIS; c. 10—11, X, 5,7. DE HERETICIS.

De eodem codice Fr. l. m. 95. et cf Vol. I/2.

Ed.: —, Venetiis 1581.

U. Fr. l. m. 95.

s. 13/2.

HOSTIENSIS (HENRICUS DE SEGUSIO)

Fragm. membr. — f 1 — 425 × 235 mm — binae columnae — lineae exstantes 68 — pars scripta non integra 300 × *102 mm, integra cca 300 × 195 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Ital. s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: initialis unica rubra, paragraphi in rubro; partes textus in rubro subductae.

LIBER TRADENS: Aa 4^r 211: Rosenbachius, Zacharias: Moses omniscius sive omniscientia mosaica . . . s.l.a.

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Tyrnaviae Cat. inscriptus Anno 1634.”

UNA TRADITA: Epist. de conflictu ad Montem Album (1618) Pragae cuidam priori a teste ut videtur oculari scripta; et duo fragmenta ms. Lat. de gratia Dei tractantia.

PROVENIENTIA: orig. Ital., cum epistola concomitans a. 1618. est et liber tradens a. 1634. catalogo Tyrnaviae inscriberetur, fragmentum non inverosimiliter in Hungaria bibliopogae usui traditum erat.

HOSTIENSIS (HENRICUS DE SEGUSIO): LECTURA IN DECRETALES c. 43, X, 1,29. seu c. 10, X, 1,30. DE OFFICIO DELEGATI

De eodem codice Fr. l. m. 94., alia sex fragmenta et schemata fasciculorum cf Vol. I/2.

U. Fr. l. m. 96.

s. 13/14.

LECTURA IN DECRETALES

Fragm. membr. — ff 2 — 160 × 287 mm — binae columnae — lineae exstantes 29 — pars scripta non integra *140 × *175 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/14. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: paragraphi in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: Vet. 41/55: [Fuchs, Leonhard]: *Methodus seu ratio complendiaria perveniendi ad veram solidamque medicinam . . .* Basileae 1541.

POSSESSOR: „inscripti Tigurij Anno 1550, 24. Februarii in die Matthiae — Ex libris G. Domini Ekkeri 1634 — Collegy Posoniensis Societatis Jesu. Apothecae.”

UNA TRADITA: impr. Germ.: *calendarium*

PROVENIENTIA: G. Ekkerus medicus Posoniensis, qua possessor occurrit; vero similis est, quod librum iam Tigurii fragmento tectum Dr. Ekkerus possedit, cui opinioni favet *Kalendarium a biblioepa fragmento subactum anni 1544. esse et etiam adnotatio potius protestantismum redolens: Was dir unser Herrgott beschert das nimpt dir Sant Peter nicht.*

LECTURA IN DECRETALES: 31, X, 3,38. DE IURE PATRONATUS: 14, X, 3,41. DE CELEBRATIONE MISSARUM

Auctor incertus, non Goffredus de Trano et non Bernardus de Botone.

U. Fr. l. m. 97.

s. 14/15.

LECTURA IN DECRETALES

Fragm. membr. — f 1 — 525 × 362 mm — binae columnae — lineae exstantes 95 — pars scripta integra 425 × 245 mm — TAB. XXX.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae.

ORNAMENTA: unica initialis aurea; pars interior litterae lineis per pennam ductis ornatae in albo; initialis unica rubra, unica caerulea; caput et numerus folii in rubro. Germ. merid. seu Bohemia.

LIBER TRADENS: Vet. 50/70: [Pausanias: *Periegetes.*] — *De tota Graecia libri decem . . .* Basileae 1550.

POSSESSOR: „Liber Cornelii Emmer anno MDCCCLXII.” — Ex libris: „Bibliothèque de Mr. Corneille Emmer.”

UNA TRADITA: mss. med.; impr. Germ. praedicationes.

PROVENIENTIA: incerta.

LECTURA IN APPARATUM BERNARDI DE BOTONE SEU IN GLOSSAM ORDINARIAM: X, 3,7. DE INSTITUTIONIBUS; X, 3,8. DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS

f 1 inc.: *probatur C. de loca . . .* (X, 3,7.)

des.: . . . *non possit de proprietate*

f 1' incipit, desinit vix legibilis

U. Fr. l. m. 98.

s. 15/m.

LECTURA IN DECRETALES

Fragm. chart. — ff 8 — max. 100 × 175 mm — binae columnae — lineae exstantes 15 vel 16 — pars scripta non integra *70 × 140 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens s. 15/m. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta (Vienna?, Praga?, Cracovia?).

LECTURA IN DECRETALES: X, 2,18. DE CONFESSIS; X, 2,20. DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS; X, 2,28. DE APPELLATIONIBUS

CITANTUR: Bartholomaeus de Brixia, Innocentius IV., Baldus de Ubaldis, Richardus Anglicus, Henricus de Segusio et quidam Petrus de Rathar (recte: Anchar)

U. Fr. l. m. 99.

s. 14/1.

LIBER SEXTUS

Fragm. membr. — f 1 — 305 × 205 mm — binae columnae — lineae exstantes f 1 40, f 1' 41 — pars scripta integra 217 × 120 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/1. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae.

ORNAMENTA: desunt, sed indicantur litterae initiales.

LIBER TRADENS: ignoscitur (incunabulum?).

PROVENIENTIA: olim tegumini instaurato cuiusdam incunabuli inhaerebat, unde cum maiore parte incunabulorum Bibl. Univ. Hungaricae provenientiae esse possit, sed sat tenui probabilitate.

LIBER SEXTUS DECRETALIUM [SINE APPARATU] c. 23—32. VI^o 3,4.

f 1 inc.: *nos habita mentione . . .*

des.: . . . *servari oportet* (cap. 27.)

f 1' inc.: *debent ad casus alios . . .*

des.: . . . *reddantur ineligibiles ipso [iure]*

ED.: Liber Sextus Decretalium. Cum apparatu Johannis Andreae. Venetiis 1600. 319—324.

U. Fr. l. m. 100.

s. 14/m.

LIBER SEXTUS CUM APPARATU JOHANNIS ANDREAE

Fragm. membr. — ff 8, duarum quaternionum quattuor bifolia, primae quaternionis 1,3 et alterius quaternionis 1,4 bifolia — unum bifolium 425 × 530 mm — textus binae columnae, apparatus binae columnae — lineae exstantes textus max. 35, min. 17, apparatus 106 — pars scripta integra, textus cum apparatu 365 × 235 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda s. 14/m. — manus unica et ad textum et ad apparatum — abbreviationes consuetae in iurisprudencia notae — glossae: s. 14/15. a manu utentis codice.

ORNAMENTA: initiales tredecim pictae in coloribus aureo, caeruleo, roseato, rubro, flavo — lineis aureis et albis ornatae, partim truncatae. Multae initiales rubri et caerulei coloris, tres lineis per pennam ductis ornatae adverso colore; Venetia.

LIBER TRADENS: Bd. ivr. 156.: Panormitanus, Nicolaus: ... super quarto et quinto decretalium ... s. l. 1517.

POSSESSOR: „Inscriptus catalogo Collegij Societatis Jesu ad S. Salvatorem Pozsony 1692.” (cf Fr. l. m. 45.)

PROVENIENTIA: consideratis circumstantiis historiae bibliothecae Coll. S. J. Poseniensis, de quibus in Introductione, videtur esse Hung.

LIBER SEXTUS CUM APPARATU JOHANNIS ANDREAE

c. 6—12, 16, 20—27, 34—37. VI^o 1,6; 5—9, VI^o 1,16; unicum VI^o 1,17; 2. VI^o 1,22; 1—3. VI^o 2,1; 1. VI^o 2,2; 1—2. VI^o 2,3; 1—3. VI^o 2,4; 1—3. VI^o 2,11; 1—2. VI^o 2,12.

- f 1 textus inc.: *praestare distulerit* ... (c. 6. VI^o 1,6.)
des.: vix legibilis
apparatus inc.: *ubi de hoc dixi per hanc litteram* ...
des.: ... „Perpetuo”
- f 1' textus inc.: *extraiudicium appellatus* ... (c. 10.)
des.: ... *Generali [defensi]onis [titulum]* (c. 13.)
apparatus inc.: „Suffragium” ...
des.: ... „Cetera”
deest unum folium
- f 2 textus inc.: *a nobis, si admittenda* ... (c. 16.)
des.: ... *si sint discreta*
apparatus inc.: vix legibilis
des.: ... *et sola debet*
- f 2' textus inc.: *transmittantur. Si vero in discordia* ...
des.: ... *in hoc extiterint* (c. 16.)
apparatus inc.: *suffragari necessitas excusandi* ...
des.: ... *personis qui occurrerint protestet*
deest unum medium bifolium

- f 3 textus inc.: *appellare: Alioquin non observans ...* (c. 20.)
 des.: ... *irritum et mane. Idem.* (c. 24.)
 apparatus inc.: *illa vel ea...*
 des.: ... *nam hodie secus in regularibus*
- f 3' textus inc.: *Ut quis duas ...* (c. 25.)
 des.: ... *[fa]cilius [valeant ...]* (c. 27.)
 apparatus inc.: *vix legibilis*
 des.: ... „*Si electio*”
 deest unum folium
- f 4 textus inc.: *iacturam. Nos super hoc ...* (c. 34.)
 des.: ... *Por[ro si infra dictum ...]* (c. 35.)
 apparatus inc.: *Apostolicae, et ut melius visitetur ...*
 des.: ... *cum sit ad hoc de consecratione ecclesiae*
- f 4' textus inc.: *[Por]ro si infra dictum ...* (c. 35.)
 des.: ... *eligendi pot[estis ...]* (c. 37.)
 apparatus inc.: *extirpandae si non habeat ...*
 des.: *vix legibilis*
- f 5 textus inc.: *consuetudine competat ...* (c. 5. VI° 1,16.)
 des.: ... *altera vel mittente* (c. 8.)
 apparatus inc.: *in anno X. q. 1. decernimus ...*
 des.: ... *ff. de verbo sign. nepos proculo et de hoc*
- f 5' textus inc.: *examinato negotio ...*
 des.: ... *sententia, sive iuris* (c. unic. VI° 1,17.)
 apparatus inc.: *dixi supra de elect. ...*
 des.: ... *Gof. sed ne sede vacante ille*
 desunt cca duo folia
- f 6 textus inc.: *electis eorum aliquis ...* (c. 2. VI° 1,22.)
 des.: ... *auctoritate alternius eorundem* (c. 3. VI° 2,1.)
 apparatus inc.: *vix legibilis*
 des.: ... „*Mulieres*” *personaliter*
- f 6' textus inc.: *eorundem procuratorem ad eas ...*
 des.: ... *ab ipso nolunt querelan[tibus]* (c. 1. VI° 2,2.)
 apparatus inc.: *in iure non expressa ...*
 des.: ... *de rebus auct. iud. poss.*
- f 7 textus inc.: *[querelan]tibus in sua presentia ...*
 des.: ... *sicut prelique obser[vant]* (c. 1. VI° 2,4.)
 apparatus inc.: *et hic reprobari...*
 des.: ... *in ult. glo. Io. And.*
- f 7' textus inc.: *[obser]vant tam de veritate ...*
 des.: ... *debeat indulgeri* (c. 1. VI° 2,5.)
 apparatus inc.: „*Libello*”...
 des.: *vix legibilis*
 desunt cca duo folia
- f 8 textus inc.: *quoque iuramenta ...* (c. 1. VI° 2,11.)
 des.: ... *Si quis [igitur]* (c. 1. VI° 2,12.)
 apparatus inc.: *de iure canonico. ...*
 des.: ... *locum non habet (...)* *Io. And.*

f 8' textus inc.: *igitur excommunicationem . . .*
des.: . . . *De praescriptionibus*. Rubrica. (VI° 2,13.)
apparatus inc.: „*Speciem*” . . .
des.: . . . *in hoc casu intelligebant*

Ed.: —, Venetiis 1600.

U. Fr. l. m. 101.

s. 14/m.

LIBER SEXTUS CUM APPARATU JOHANNIS ANDREAE

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi unum intermedium bifolium, desunt duo media bifolia — 235 × 320 et 215 × 144 mm — textus binae columnae, apparatus binae columnae — lineae exstantes textus max. 30, apparatus max. 47 — pars scripta non integra, textus cum apparatu max. *210 × 200 mm, integra cca 250 × 200 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 14/m. — manus unica et ad textum et ad apparatusum — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae — glossae s. 14/15. a manu utentis codice.

ORNAMENTA: initialis una rubra lineis viridi colore per pennam ductis ornata, una caerulea lineis rubro colore per pennam ductis ornata, unica maior, multae minores rubro et flaveo coloribus ornatae; in margine superiore numerus capituli in rubro et caeruleo coloribus; in margine facies hominum per pennam delineatae.

LIBER TRADENS: M 500: Laurus Romanus, Jacobus: Antiquae Urbis splendor . . . Romae 1612.

UNA TRADITA: mss. musica: Orl. Lassi et aliorum muteta, antiphonae in cantu figurali.

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus incerta.

LIBER SEXTUS CUM APPARATU JOHANNIS ANDREAE

c. 24—30, 40—41. VI° 3, 4; unicum VI° 3, 5; 1. VI° 3, 6.

f 1 textus inc.: vix legibilis
des.: . . . *qua integre ac dimidie prebende* (c. 27.)
apparatus inc.: vix legibilis
des.: . . . *talis habere debeat*
f 1' textus inc.: *mandatur integra . . .* (c. 27.)
des.: . . . *ad invicem sint annexi* (c. 32.)
apparatus inc.: *dimidia, vel minoris . . .*
des.: . . . *ut in predicti*
f 2 textus inc.: *revocatoria emanavit . . .* (c. 40.)
des.: . . . *nequeat exercere: possit* (c. unicum)
apparatus inc.: „*Magis*” . . .
des.: . . . „*Non obstante*”

f 2' textus inc.: *et quid velit* ... [?]
des.: vix legibilis
apparatus inc.: vix legibilis
des.: ... „*Abstinentes*”

Ed.: —, Venetiis 1600.

U. Fr. l. m. 102.

s. 14/15.

GUILLELMUS DURANDUS

Fragm. membr. — f 1 — 200 × 200 mm — binae columnae — lineae exstantes 30 — pars scripta non integra *140 × *132 mm, integra cca 240 × 132 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis formata s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: caput in rubro; paragraphi in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: Vet. 46/25: Hesiodus: Opera et dies. Francofurti 1546.

POSSESSORES: (in Una traditis) „Haec scribebat Georgius Piscator Burkhamensis fratri suo nunquam non charo, amoris ergo, Lauingae ad Istrum. 10. septembris 1568.” — „M. David Kilgerus possidet 1600” (rector scholae evangelicorum Posoniensis; demum Coll. S. J. Salv. Poson.)

UNA TRADITA: Fr. impr. Lat.: missale, grammatica Lat. etc.

PROVENIENTIA: incerta (Germ. merid.?).

*GUILLELMUS DURANDUS: SPECULUM IUDICIALE. FORMA
RELATIONIS*

f 1 inc.: *extra de dilationibus* ...

des.: ... *anno, mense*

f 1' inc.: *iudex sigillum suum* ...

des.: ... *ff de testa[mentibus]*

Ed.: —, Bologna 1474.

U. Fr. l. m. 103.

s. 14/m.

ORDO IUDICIARIUS

Fragm. membr. — ff 2 — 264 × 328 mm — binae columnae — lineae exstantes 54 — pars scripta integra 210 × 140 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m. — manus unica — abbreviationes consuetae — in margine notantur textus in rubro scribendi, et ab alia manu glossae utentis s. 15.

ORNAMENTA: caput in rubro textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas. Octo initiales minores in rubro partim detruncatae et detritae.

LIBER TRADENS: Vet. 14/57: Suidas: Opera. Venetiis 1514.

POSSESSOR: „Liber Georgij Purkircheri [. . .]” — „Collegij Pozoniensis So[cietatis] Jesu 1636.”

PROVENIENTIA: incerta, licet, cum Liber tradens in primo catalogo Coll. S. J. Posonien. iam occurrat, Hung. omnino non sit secludenda.

ORDO IUDICIARIUS

RUBRICAЕ: De tempore ipsius repraesentationis — De tempore contumaciae post litem et praesentationem — De tempore licentiationis — De tempore petitionis postulatae seu petiti libelli

NOTITIA: rubricae in parte exteriori, cum scriptura quasi deleta sit, legi non possunt.

U. Fr. I. m. 104.

s. 14/1.

BERNARDUS GUIDONIS

Fragm. membr. — f 1, 2 partes folii — 163 × 142 mm — binae columnae — lineae exstantes 36 — pars scripta integra 140 × 100 mm.

SCRIPTURA: minuscula gothica textualis s. 14/1. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Ac 661: Bruschius, Casparus: De Laureaco . . . Basileae 1553.

UNA TRADITA: Fr. I. m. 7.

POSSESSOR: „Alumnatus Agriensis Episcopatus Viennae sub cura Societatis Jesu Catalogo inscriptus 1643.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Austr.

BERNARDUS GUIDONIS: MANUALE INQUISITORUM

Clementis pp. IV. epistolae

a.: *Fratribus Praedicatorum et Minorum ordinum Inquisitoribus haereticae pravitatis ut christianos haereticos et iudaeos poena debita puniant, invocato brachio saeculari: „Turbato corde audivimus . . .”* Viterbii, 27. iul. 1267. (Ripoll, Bull. OP. n.LXXIII); in fragmento tantum clausula sequens legitur: „*Judaeos autem qui christianos utrisque sexus . . .*” usque finem.

b.: *Archiepiscopo Tarraconensi et ipsius suffraganeis ut libros Talmud caeterosque Iudaeorum a Fratribus Praedicatoribus et Minoribus penitus cognoscendos teneant et dent sequestri „Dampnabili perfidia Iudaeorum . . .” Viterbii 15. iul. 1267. (Ripoll, Bull. OP. n. LXX), sed usque ad clausulam „Fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus . . .” etiam partes a Ripoll omissas (e num. LXIX) fragmentum affert. Ad rem et personam Pauli Christiani OPraed: H. Graetz, Geschichte der Juden. VII³. Leipzig 1894. 120. sqq. quam referentiam clarissimi viri Dr Alexandri Scheiber (Budapest) humanitati debeo.*

f 1 inc.: *iudeos autem . . .*

des.: *. . . que ab eisdem*

f 1' inc.: *iudeis ingratis et perfidis . . .*

des.: *. . . ut exinde digna [laudibus]*

ED.: Ripoll, Thomas: Bullarium Ord. Praed. . . . Tom. 1. 489., 487—488.(!)

NOTITIA: fragmentum non aliquo Bullario, sed potius, si licet supponi, Manuali inquisitoris a Bernardo Guidonis OPraed conscripto pertinebat.

U. Fr. I. m. 105.

s. 14/2.

AVICENNA

Fragm. membr. — f 1 — 295 × 190 mm — binae columnae — lineae exstantes 57 — pars scripta integra 265 × 165 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis ind. Hung.?, s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in medicina notae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Vet. 12/24: Angelus de Clavasio: Summa angelica de casibus conscientiae. Lugduni 1512.

PROVENIENTIA: Hung., cf Scripturam.

AVICENNA: CANON L. 2. c. 5—6.

f 1 inc.: *Ista enim fuit lapis . . .*

des.: *. . . fuerit earum color*

f 1' inc.: *magis tinctus et sapor magis . . .*

des.: *. . . confert*

ED.: —, Strassburg 1473.

U. Fr. I. m. 106.

s. 13/2.

ABUCASIS

Fragm. membr. — ff 2 — 228 × 197 et 237 × 215 mm — binae columnae — lineae exstantes 36 — pars scripta integra 220 × 125 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in medicina notae.

ORNAMENTA: initiales binae rubrae maiores; unica caerulea detruncata, decem minores rubrae et caeruleae alternatim.

LIBER TRADENS: J 4^r 48: Dannhavver, Johan[nes] Conradus: Collegium Exercitationum Ethico-politicarum . . . Marpurgii 1626.

POSSESSOR: „Sum ex libris Danielis Schmidt pastor A. C.” (ante compacturam) — „Collegii S. J. Posony ad S.: Salvatorem catalogo inscriptus 1693. No 137.”

UNA TRADITA: mss. Germ.: „Pfenning Zinss hauptgütter so der Wittwen unverändert . . .”

PROVENIENTIA: Liber tradens compactus fuisse videtur pro Coll. S. J. Posenien., tamen pensandum est materiam concomitantem ad sat dissitam regionem Austr. relationem habere.

ABUCASIS: CHYRURGIA (PER GERARDUM CREMONENSEM TRADUCTA) c. 86—87.

f 1 inc.: *Postquam ergo vidi locum . . .*

des.: . . . *in ea sanare*

f 1' inc.: *et ergo iam ostendi . . .*

des.: . . . *certificatur apud te*

f 2 inc.: *si non prohibet . . .*

des.: . . . *et vidi crus eius et materias*

f 2' inc.: *textus vix legibilis*

des.: . . . *Quod si corruptio est.*

ED.: Abucasis: Chirurgia. 1532.; Bibl. Univ. cod. lat. 15.

U. Fr. I. m. 107.

s. 12/m.

RHAZES, MUHAMMAD

Fragm. membr. — f 1 — 35 × 163 mm — unica columna — lineae exstantes 7 — pars scripta non integra *35 × 128 mm — lineatio — TAB. XXXI.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 12/m. — manus unica — abbreviationes consuetae in medicina notae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Vet. 49/28: [Caesar, Julius]: Libro de los Comentarios de Gayo Julio Cesar de las guerras de la Gallia . . . Paris 1549.

POSSESSOR: „Conventus Scalizensis Carmelitarum”

PROVENIENTIA: si Librum tradentem consideres et ortum possessorum, Hispanicam provenientiam supponere possis.

RHAZES, MUHAMMAD: LIBER AD ALMANSOREM. TRACTATUS 4. c. 60—62.

RUBRICAE: De his que corpus macrum efficiunt — Medicamen calefactis ac corpora habentibus sicca conferens — Unguentum virgam erigens

f 1 inc.: *due unice et olei rosati . . .* (c. 60.)

des.: . . . *omnia dulcia negligat* (c. 61.)

f 1' inc.: [*subti*] *lem pulverem cinami . . .* (c. 62.)

des.: . . . *Sumatur oleum de lilio*

Ed.: —, Venezia 1497.

U. Fr. l. m. 108.

s. 13/m.

RHAZES, MUHAMMAD

Fragm. membr. — ff 4 — 45 × 283 et 10 × 123 mm — binae columnae — lineae exstantes max. 9, min. 2 — pars scripta non integra max. *40 × *138 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Ital., s. 13/m. — manus unica — abbreviationes consuetae in medicina notae.

ORNAMENTA: partes textus in rubro subductae; initiales binae rubrae.

LIBER TRADENS: Cod. Lat. 52.: Jacobus de Turre de Forlivio: In libros IV Methodi medendi Cl. Galenii, questiones. [a. 1472.]

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Sopronij Catalogo inscriptus 1640.”

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Hung.

RHAZES, MUHAMMAD: LIBER DIVISIONUM.

c. 62.: de singultu; c. 63.: de egritudinibus epatis; c. 65.: de ydropisi; c. 66.: de egritudinibus splenis; c. 69.: de colica; c. 70.: de egritudinibus renum; c. 71.: de retentione urine; c. 75.: de lapide in vesica

f 1 et 1' textus vix legibilis (c. 62.?)

f 2 inc.: *bibatur de eo 3 111 . . .* (c. 63.)

des.: . . . *Et fiat cibi*

f 2' inc.: *commendat omnino . . .* (c. 65.)

des.: [Rubrica] *De egritudinibus splenis* (c. 66.)

- f 3 inc.: *ad intestina* . . . (c. 69.)
 des.: . . . *decoctio eius fit*
 f 3' inc.: *ex ea aliquid non egreditur* . . .
 des.: . . . *narciscus et alebrenge*
 f 4 inc.: *fortior fiat et locus* . . . (c. 70.)
 des.: . . . *autem renum signa sunt*
 f 4' inc.: *et rubea tinctorum* . . . (c. 70.)
 des.: . . . *cicer nigrum et alcorfol* (c. 75.)

ED.: —, Venezia 1497.

U. Fr. l. m. 109.

s. 13/m.

TRACTATUS DE MORBIS HEPATIS

Fragm. membr. — ff 2 — 212 × 328 mm — binae columnae — lineae exstantes 35 — pars scripta integra 143 × 93 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/m. — manus unica — abbreviationes consuetae in medicina notae.

ORNAMENTA: initiales binae caeruleae lineis per pennam ductis ornatae in rubro; unica rubra caeruleo colore ornata.

LIBER TRADENS: Vet. 17/14: [Pontanus, Joannes Jovianus]: *Meteorum liber*. Viennae 1417.

POSSESSOR: „Ex dono G. dni. Johannis Kecskés 1637. 9. Novembris” — „Collegij Poseniensis Societatis Jesu”

UNA TRADITA: mss. Ital.: *Ars militaris*; fragm. mss. Bohemica.

PROVENIENTIA: orig. videtur Gall., usus Hung.

TRACTATUS DE MORBIS HEPATIS

RUBRICAE: *De trociscis conferentibus epati* — *De sanguinis fluxu ab epate* — *De ydropisi*

SPECIMEN TEXTUS: *De ydropisi: Ydropis est errare virtutem mutabilem in epate. Virtus enim digestiva epatis cum mutare succos cibi in sanguinolentos humores deficit . . .*

U. Fr. l. m. 110.

s. 13/m.

TRACTATUS ARTIS MEDICAE

Fragm. membr. — ff 2 — 245 × 367 mm — binae columnae — lineae exstantes 42 — pars scripta integra 193 × 140 mm — lineatio.

- SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Ital. s. 13/m. — manus unica — abbreviationes consuetae in medicina notae.
- ORNAMENTA: initialis unica caerulea lineis rubro colore per pennam ornata, detrita; paragraphi in rubro.
- LIBER TRADENS: F. 5. (ms.): [Heider, Wolfgang]: Annotata in ethicam Aristotelis. s. 1. 1594[?]
- POSSESSOR: „Inscriptus Catalogo MS sub annotata in Ethicam Aristotelis” (catalogo ignotae Bibliothecae).
- UNA TRADITA: mss. Lat. „De verborum obligationibus” (s. 16/2.) adnotationes scholares; epistola inscripta Ottoni Henrico a Barthausen.
- PROVENIENTIA: incerta.

TRACTATUS ARTIS MEDICAE

- f 1 Rogerius magister: Tractatus. (De oleis, de oleis calidis, de oleo pulegi, de sirupis, de sirupo constrictivo.)
- f 2 Auctor incertus: Tractatus de emplastro et de unguentis.

ED.: Guido de Cauliaco: Chirurgia. Cum aliis aliorum tractatibus. Venezia 1498. 223—234. (Tractatus Rogerii)

U. Fr. 1. m. 111.

s. 13/2.

LIBER THERAPEUTICUS

Fragm. membr. — f 1 — 75 × 198 mm — binae columnae — lineae exstantes 18 et 20 — pars scripta non integra *75 × 160 mm — lineatio.

- SCRIPTURA: gothica cursiva currens, littera Parisina, s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in medicina notae.
- ORNAMENTA: supersunt nulla.
- LIBER TRADENS: Inc. 805: Bertrandus de Turre: Sermones de tempore. Pars Hiemalis. [Strassburg 1500.]
- POSSESSOR: (Ex libris) „OESP Conv. Pestinensis 1773.”
- PROVENIENTIA: potest esse Hung. saltem quoad usum: quia conventus Pestinensis OPaul s. 18. sedes erat prioris provinciae Hung. et bibliotheca Coenobii e libris antiquioribus et rarioribus diversorum conventuum dotata et locupletata fuerat.

LIBER THERAPEUTICUS

RUBRICA: de profunditate [...]

SPECIMEN TEXTUS: *Et ex medicinis que conferentibus in egressione et[...] est ut fiat emplastrum ex farina et faborum etiam rosis et thure et albumine ... dactilorum ...*

U. Fr. I. m. 112.

s. 13/14.

LIBER PHARMACEUTICUS

Fragm. membr. — f 1 + 2 — 55 × 83 et 48 × 240 mm — binae columnae — lineae exstantes 13—15 — pars scripta non integra, f 1 *55 × *83, ff 2—3 *48 × 100 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Ital., s. 13/14. — manus duae — abbreviationes consuetae universitatis et in medicina notae.

ORNAMENTA: notandum est spatia vacantia observari, forsitan pro figuris ad textum illustrandum.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus incerta.

LIBER PHARMACEUTICUS

Auctor incertus.

SPECIMEN TEXTUS: *Item ad geniculorum dolorem rutam viridem cum sale et melle [...]*
Item faba cocta cum melle ...

U. Fr. I. m. 113.

s. 15/1.

DELINEATIO ARCHITECTONICA

Fragm. membr. — f 1, 2 partes folii — 60 × 173 et 85 × 250 mm — pars exstans delineationis ut fragmenti, magnitudo max. 85, min. 48 mm, latitudo 430 mm; desunt inter duas partes cca 3—4 mm; originalis magnitudines prorsus ignorantur — **TAB. XXXII.**

LIBER TRADENS: Inc. 373: Holkot, Robertus: Super sapientiam Salomonis. Reutlingen 1489. (Per eundem librum habetur Fr. I. m. 214.)

POSSESSOR: „Missionis Societatis Jesu Eperiensis Catalogo inscriptus 1680.”

PROVENIENTIA: orig. Germ., usus Hung.

NOTITIA: Delineatio architectonica fenestrationis et parietis occidentalis cuiusdam ecclesiae in stilo gothico s. 15/1. facta, ut videtur, ab artificibus in Germania. Ex eo, quod superest, ecclesia quinque navium a parte occidentali cum fenestra septentrionali hic delineata fuisset (cf Kletzl.).

LITURGICA SINE CANTU

U. Fr. l. m. 114.

s. 14/15.

PSALTERIUM CHORI

Fragm. membr. — ff 4. duo bifolia — 190 × 275 et 190 × 270 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 — pars scripta integra 143 × 105 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: initialis unica caerulea.

LIBER TRADENS: Inc. 964: Versor [Johannes]: Questiones super libros Ethicorum Aristotelis. Coloniae 1494.

POSSESSOR: „Zacharias Mosocius protonotarius apostolicus possidet 1565. — Ex dono Gen. D. Joannis Kecskés Collegij Soc. Jesu Poseniensis Catal. inscriptus 1639.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Pss 21—25., 33—36.

AA Rectos decet collaudatio; Expugna impugnantes me

NOTITIA: Psalterium chori esse antiphonae ad psalmos datae monstrant, quin ritus pressius circumscribi queat.

U. Fr. l. m. 115.

s. 15/1.

PSALTERIUM CHORI OPaul

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 330 × 485 mm — binae columnae — lineae exstantes 24 — pars scripta non integra *280 × 215 mm, integra 360 × 215 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Hung., s. 15/1.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Vet. 14/47a: Gregorius, S.: Moralia in beatum Job. Basiliae 1514.

POSSESSOR: „Bibliotheca Conventus Lepoglavensis OPaul.”
PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung. seu Croat.

Pss 43—45., 62—65.

De eodem codice Fr. l. m. 116, 117, 118, 119.

NOTITIA: Antiphonae cum libris Strigon. et OPaul concordant — dempto quoad Strigon. Hymno —, non autem cum Romano. Quo sequitur Psalterium Chori a Paulinis usitatum fuisse (cf Poss.), quia Strigonienses Hymnum ad Matutinum non noverunt.

U. Fr. l. m. 116.

s. 15/1.

PSALTERIUM CHORI OPaul

Fragm. membr. — f 1 — 216 × 336 mm — binae columnae — lineae exstantes 15 — pars scripta non integra *185 × 215 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Hung., s. 15/1. — numeri Pss manu s. 16/ex.

ORNAMENTA: sex initiales caeruleae et rubrae.

LIBER TRADENS: RMK II 413: Vitezovich, Paulus: Kronika, aliti szpomen vszega szvieta vikov ... Zagrab 1696.

POSSESSOR: „Bibliotheca Conventus Lepoglavensis OPaul.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung. seu Croat.

Pss 77—78.

cf Fr. l. m. 115.

U. Fr. l. m. 117.

s. 15/1.

PSALTERIUM CHORI OPaul

Fragm. membr. — f 1 — 480 × 330 mm — binae columnae — lineae exstantes 30 — pars scripta integra 350 × 213 mm — punctatio et lineatio — TAB. XXXIII.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Hung. s. 15/1.

ORNAMENTA: initialis *E* flaveo colore picta et foliis achanti in virideo et flaveo coloribus alternatim ornata. In spatio rubicundo sparsim clavicula albi coloris videntur.

LIBER TRADENS: Vet. 17/38: [Giovanni Antonio de Burgo]: Pupilla oculi. De septem sacramentorum administratione ... Argentorati 1517.

POSSESSOR: „Monasterii Lepoglavensis Fratrum Eremitarum S. Pauli Primi
Eremitae Catalogo inscriptus anno 1627.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung. seu Croat.

Pss 80—82.

H. *Lux ecce surgit*; Fer. VI H. *Tu Trinitatis unitas*; Pss 80—82.
cf Fr. l. m. 115.

U. Fr. l. m. 118.

s. 15/1.

PSALTERUM CHORI OPaul

Fragm. membr. — f 1 — 460 × 305 mm — binae columnae — lineae
exstantes 30 — pars scripta integra 360 × 215 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Hung. s. 15/1.

ORNAMENTA: 39 initiales rubrae et caeruleae alternatim, unica nigra rubro colore
ornata; rubricae.

LIBER TRADENS: Inc. 193: [Ps-]Bonaventura: Sermones de tempore et de sanctis.
Reutlingen 1485.

POSSESSOR: Monasterii Lepoglavensis OPaul, cf Fr. l. m. 115—117, 119.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung. seu Croat.

Pss 126—130.

Fer. III H. *Telluris ingens conditor*
cf Fr. l. m. 115.

U. Fr. l. m. 119.

s. 15/1.

PSALTERIUM CHORI OPaul

Fragm. membr. — f 1 — 485 × 310 mm — binae columnae — lineae
exstantes 30 — pars scripta integra 360 × 215 mm — punctatio et
lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Hung. s. 15/1.

ORNAMENTA: tres initiales rubrae et caeruleae maiores, multae minores, rubricae.

LIBER TRADENS: Inc. 204: Hugo de Prato Florido: Sermones de sanctis. Heidelberg
1485.

POSSESSOR: „Monastery Lepoglavensis Catalogo inscriptus 164[.]”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung. seu Croat.

Pss 135—138.

H. *Magne Deus potentie*; om. Rubricam: Fer. VI
cf Fr. l. m. 115.

U. Fr. l. m. 120.

s. 15/2.

PSALTERIUM CHORI

Fragm. membr. — f 1 — 186 × 280 mm — unica columna — lineae exstantes 10 — pars scripta non integra 145 × 190 mm, integra 290 × 190 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.

ORNAMENTA: quattuor initiales in rubro.

LIBER TRADENS: Ga 4147: Longolius, Christophorus: Epistolarum libri IIII. Coloniae 1591.

PROVENIENTIA: incerta.

Pss 47—48.

NOTITIA: scriptura et forma psalterium a Biblia seiunctum produnt, iure item suspicatur id psalterium chori fuisse, at hoc probari deficientibus in fragmento antiphonis nequit; consequenter nec cursus nec ritus apparet.

U. Fr. l. m. 121.

s. 10/2.

LECTIONARIUM CHORI

Fragm. membr. — f 1 — 248 × 165 mm — unica columna, orig. binae(?) — lineae exstantes 26 — pars scripta non integra 248 × 105 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 10/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales binae, rubricae Germ. (cf Constantinus Africanus: *Practica.*, Eis, G.: *Altdeutsche Handschriften*. München 1949. 52. Abb. 53.)

LIBER TRADENS: Ea 462: Dasypodius, Conradus: *Volumen primum mathematicum . . . geometriae, logisticae, astronomiae, geographiae*. Argentorati 1567.

POSSESSOR: „Bo. Mathefi (?) — Inscriptus Catalogo Collegii S. J. Tyrnaviensis 1691.”

PROVENIENTIA: orig. Germ. merid., usus Hung.

Laurentii Sermo, ignoti auctoris, de quo specimen hic datūr: „*Unde nec potuit de infatigabili eius pectore, calorem divinitus infusum, corporeus ille et mortalium ministratus manibus ignis excudere. De hoc validissimo Christi milite illud credendum est actum quod ante multa annorum [. . .] prenunciatum est per prophetam dicentem. Et transiens per ignem flamma non comburet. Ecce enim beatus Laurentius transivit per ignem quo non adustus corrui sed illuminatus effulsit . . .*”; *In Ev. Amen amen dico vobis, nisi granum* (Jo 12,24) „*Omelia S. Augustini*” (Tract. Jo 51. sub medio)

U. Fr. I. m. 122.

s. 10/11.

LECTIONARIUM CHORI INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 84 × 260 mm — binae columnae — lineae exstantes 6 — pars scripta non integra *50 × 190 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 10/11.

ORNAMENTA: unica detruncata rubra initialis littera.

LIBER TRADENS: Inc. 792: Auslegung des Lebens Jesu Christi. Ulmae 1478.

POSSESSOR: „1630. Residentiae Eperiesiensis”

PROVENIENTIA: si non orig., saltem usus in medio aevo videtur esse Hung.

In Vigil. Nativ. Domini: Hom. 5. Bedae Venerabilis; Lect. in Nocturno Is 9,1.

NOTITIA: cum Lectionarium chori in forma, id est cum textibus, qui in primordiis eccl. Hungaricae in usu fuerint, nobis adusque non innotuerit, codicem tamen hunc s. 11—12. iam in Hungaria fuisse non sit omnino excludendum, cf unicum possessorem. (Ritus non Hung. nec Patav.)

U. Fr. I. m. 123.

s. 11/2.

LECTIONARIUM CHORI MONASTICUM

Fragm. membr. — f 1 + 10 fragm. parvula — 150 × 210 mm — binae columnae — lineae exstantes 16 — pars scripta non integra *150 × *180 mm, integra cca 250 × 190 mm.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 11/2.

ORNAMENTA: initiales binae rubri coloris.

LIBER TRADENS: Ab 34 (ms.): Collecta ex variis autoribus opera et studio r. p. Mectell

defuncti 1718 postquam sex annis Provinciam Austriacam laudabiliter Provincialis gubernasset.

UNA TRADITA: fragmentula mss. Lat.

POSSESSOR: „Collegij Tyrnaviensis S. J. Catalogo inscriptus 1721”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Dca Quinquagesima

Gn 12,6—10; 12,15—13,1; 13,8—11 — In Ev. *Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos* (Lc 18,31) Hom. Gregorii Quadraginta Hom. II *Redemp[tor] noster previdens*

NOTITIA: Lectionarium Chori cursui monastico adiudicandum ideo est, quia lectio septima adhuc de Scriptura et non de Homilia est.

U. Fr. l. m. 124.

s. 12/2.

LECTIONARIUM CHORI MONASTICUM

Fragm. membr. — f 1 — 383 × 235 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 — pars scripta non integra 325 × *220 mm, integra 325 × 223 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: praegothica textualis s. 12/2.

ORNAMENTA: initialis F(ili) rubris lineis efformata, sed corpus ipsum litterae et decor frondibus et floribus similia albi coloris sunt; spatia, quae hastis litterae intercidunt, rubro sunt ornata, sed alia intra decorem floralem caerulei coloris sunt. Littera ipsa a bibliopega non ita truncata cernitur.

LIBER TRADENS: MV 382: Ungherischer und Sibenbürgerischer Kriegehaendel. Franckfurt a. M. 1592—1596.

UNA TRADITA: fragm. Calendarii Germ.

PROVENIENTIA: et orig. et usus potest esse Hung.

Dca VIII (S. Justinae OSB) seu IX (in Hung.) pt Pent. seu Trin. Historia Sapientialis

f 1 Lectt. IX—XII Hom. Origenis: R. 9. *Verbum iniquum*; V. *Ne forte*; Lect. X *Attendite inquit a falsis prophetis*; R. 10. *Magna est enim*; V. *Deduxisti sicut*; Lect. XI *Attendite a falsis prophetis*; R. 11. *Ne derelinquas me*; Lect. XII *Non omnis qui*; R. 12. *In te Domine* — *Item de libro sapientie Domini*

f 1' Lectt. I—V *Fili mi custodi legem . . . oleo guttur eius* (Prov 3,21—26; 4,1—6; 10—15; 20—26; 5,1—3)

NOTITIA: cursum monasticum prodit ordo lectionum duodenarius; consuetudi-

nem vero affinem esse usui etiam in eccl. Hungarica recepto in serie scilicet non separata scripturae et homiliarum vidimus; talis enim series numerum currentem dominicarum in aestate sequitur et scripturae et homiliarum.

U. Fr. l. m. 125.

s. 12/2. vel ex.

LECTIONARIUM CHORI

Fragm. membr. — f 1 — 248 × 195 mm — unica columna — lineae exstantes 22 — pars scripta integra 223 × 155 mm — lineatio.

SCRIPTURA: postcarolina textualis s. 12/2. vel ex. (Mss dés Pl. XXVI.)

ORNAMENTA: initiales quinque simplices, rubricae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: non Hung., cf Notitiam.

Dca infra Oct. Nativ.

In Ev. *Erant pater et mater Iesu* (Lc 2,33) — Hom. 16. Origenis: *Congregemus in unum*; RR *Ecce agnus Dei*; *Confirmatum est*; *Hic qui aduenit* (initia)

ED.: PG 13,1839—40.

NOTITIA: libri Hungariae homiliam Origenis non continent, bene autem Patavien., sed cum alio responsoriorum ordine; unde lectionarium haud in Hungaria, potius in Austria vel Bavaria — sed non ad libros Patavii conformiter usum fuisset.

U. Fr. l. m. 126.

s. 15/1.

LECTIONARIUM CHORI OCarth

Fragm. membr. — f 1 — 460 × 317 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 — pars scripta integra 370 × 225 mm.

SCRIPTURA: gothico-rotunda formata s. 15/1.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae, textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: Inc. 408: Saliceto, Guillelmus de: *Summa conservationis et curationis chirurgia*. Venezia 1490.

POSSESSOR: „Collegij Posoniensis Societatis Jesu 1664. Apothecae”

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Hung. (Löväld OCarth mox Posonium).

De tempore Paschali

- f 1 (Fr. l. m. 126.) Fer. V in Coena Domini: Lect. IV—VI: Tract. S. Augustini super Ps 63.
f 2 (v. Vol. I/2.) Lect. VIII—IX. (Hbr 3,16; 3,17; 4,3—4; 4,8—10); Fer. VI in Parasc. Lect. I (Lam. 2,8; 2,10—12)
f 3 (Fr. l. m. 127.) Lect. I—III: Jer Lam 2,12—3,11.
f 4 (Fr. l. m. 128/1.) Dca Resurr.: Lect. IV—VII: Greg. Hom. 21,5—7.
f 5 (Fr. l. m. 129.) continuatur Lect. VII—VIII: Greg. Hom. 21,7; Lect. Ev. Mc 24,13(—35); Lect. IX: Greg. Hom. 21,1
f 6 (Fr. l. m. 130.) Dca Resurr. Lect. XII Greg. Hom. 21,3—4; Fer. II infra Oct. Paschae: In Ev. *Duo ex discipulis*; Greg. Hom. 23,1. (Lect. I)
f 7 (Fr. l. m. 128/2.) Fer. III infra Oct. Paschae: Ev. Lc 24,36; Augustini? Hom. „*Audiamus quid dixerit qui surrexit a mortuis . . .*”

PUBL.: Madas, E.: Egy 15. századi karthauzi kórus-lectionarium töredékei az Egyetemi könyvtárban (Fragmenta cuiusdam lectionarii chori Univ. Bibl.). MKSz 96 (1980) 156—159.

U. Fr. l. m. 127.

s. 15/1.

LECTIONARIUM CHORI OCarth

Fragm. membr. — f 1 — 470 × 325 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 — pars scripta integra 370 × 225 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda formata s. 15/1.

ORNAMENTA: duae initiales rubrae, textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: Vet. 07/5: Plinius Secundus: *Historiae Naturalis libri 37*. Venetiis 1507.

PROVENIENTIA: cf Fr. l. m. 126.

cf Fr. l. m. 126.

U. Fr. l. m. 128.

s. 15/1.

LECTIONARIUM CHORI OCarth

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — 440 × 305 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 — pars scripta integra 370 × 225 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda formata s. 15/1.

ORNAMENTA: initiales duae caeruleae, lineae rubrae detruncatae, textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas; rubricae.

LIBER TRADENS: Inc. 430: Falcutius, Nicolaus: Sermones medicinales VI—VIII. Venezia 1491.

PROVENIENTIA: cf Fr. l. m. 126.

cf Fr. l. m. 126.

U. Fr. l. m. 129.

s. 15/1.

LECTIONARIUM CHORI OCarth

Fragm. membr. — f 1 — 410 × 305 mm — binae columnae — lineae exstantes 26 — pars scripta non integra *345 × 225 mm, integra 370 × 225 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda formata s. 15/1.

ORNAMENTA: quinque initiales rubrae, textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: Inc. 704: Dioscurides Pedanius: De materia medica. Venezia 1499.

POSSESSOR: „Collegii Soproniensis Societatis Jesu 1664. Apotheca” — „Andreas Eberstarfer D. — Johannes Bierdümphelius D.”

PROVENIENTIA: cf Fr. l. m. 126.

cf Fr. l. m. 126.

U. Fr. l. m. 130.

s. 15/1.

LECTIONARIUM CHORI OCarth

Fragm. membr. — f 1 — 200 × 360 mm — binae columnae — lineae exstantes 10 — pars scripta non integra *125 × 215 mm, integra 370 × 215 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda formata s. 15/1.

ORNAMENTA: initialis unica maior caerulea, textus dividitur per lineas in rubro trans litteras, quae initiant, ductas.

LIBER TRADENS: Vet. 37/66: Emericus Franciscus: Mediorum auxiliorum dexter usus. Norinbergae 1537.

POSSESSOR: „Collegii Poseniensis Societatis Jesu 1664. Apotheca”.

PROVENIENTIA: cf Fr. l. m. 126.

cf Fr. l. m. 126.

U. Fr. I. m. 131.

s. 15/2.

LECTIONARIUM CHORI

Fragm. membr. — f 1 — 210 × 323 mm — binae columnae — lineae exstantes 17 — pars scripta non integra *190 × 225 mm, integra 270 × 225 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Hung. s. 15/2.

ORNAMENTA: initiales tres rubrae, duae caeruleae partim detritae; rubricae.

LIBER TRADENS: MV 161: Simonius Simon: Responsum ad refutationem scripti de sanitate victu medico . . . s. l. 1588.

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Soprony Catalogo Inscriptus Anno 1640”; in Una traditis: „Liber iste est fratrum eremitarum ordinis S. Pauli primi eremitaе.”

UNA TRADITA: impr. Lat.: tractatus canonist. de contractibus, pericoparum in versibus paraphrases Lat. et Graec., tractatus de anima; Conciones Germ., calendarium Bohem.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Emerici ducis

f 1 Lect. III *Cumque expleto*; Lect. IV *Tunc vero beatus Stephanus*

f 1' Lect. V *Ille autem non*; Lect. VI *Interea dum ex paterna dispositione*

VARIAE LECTIONES: iamque c. 3.: cumque; Henricus: Emericus; hoscula: oscula; in psalmis vigilabant: in psalmis cantandis vigilabant; et ut animum: et animum; assertioni: asertioni; set: sed; perstans: prostratus; qui humane mentis inspector est: qui humane inspector est; ordine et re: et re ordine; Besprimiensi c. 4.: Vesprimiensi; acceptabilius offerret deo: acceptabilius deo offerret; retractaret: tractaret; subito lumen cum ingenti: subito cum ingenti; set: sed; he: hec; Henricum: Emericum; nemine: nemini; cum c. 5.: dum Henrico: Emerico; esset: esse; utraque regali: utraque per te regali; potestas: posteritas; succederet in posterum: in posterum succederet

NOTITIA: textus noster maxime propinquat editioni criticae inservientibus A C, non ita, se aliquo modo etiam V M v. Szentpétery SRH II. 1938. 452,23—454,1. Lectionarium olim fratribus OPaul, ut videtur, in Coenobio Sopronbánfalva prope civitatem Sopron degentibus inservebat; sublato ritu OPaul in manus biblioepgae venit.

U. Fr. l. m. 132.

s. 15/m.

MARTYROLOGIUM

Fragm. membr. — f 1 — 250 × 190 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta integra 250 × 190 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Germ. s. 15/m.

ORNAMENTA: sex initiales rubrae et caeruleae; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. 50/22: Alberti, Leonardo: Descrittione de la Italia. Bologna 1550.

UNA TRADITA: Quest. disp. de naturalibus, litt. Paris. textus editus.

PROVENIENTIA: incerta (Germ. ?).

f 1 textus vix legibilis: *Kal. Junii, IV Nonas Junii: Romae natalis sanctorum martyrum Marcellini . . .*

f 1' *In Campania s. Erasmi episcopi et martiris hic sub Dyocletiano . . . ; Nona Iunii Natalis sancti Bonifacii episcopi; VIII Idus Junii Natalis sancti Philippi, qui fuit unus de VII diaconibus*

U. Fr. l. m. 133.

s. 13/2.

BREVIARIUM INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 222 × 258 mm — binae columnae — lineae exstantes 21 — pars scripta non integra *180 × *183 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2.

ORNAMENTA: quinque initiales rubrae et caeruleae „Parisinae”; paragraphi in rubro et caeruleo.

LIBER TRADENS: Vet. 40/70: Macropedius, [Georgius]: Hecastus. Coloniae 1540.

POSSESSOR: „Andreae Kecskés amicorum Tirnaviae 1575. — Collegy Poseniensis Soc. Jesu Catalogo inscriptus 1640” — In colligato 3., ante compactio-nem: „Perlegi Anno domini 1578. 21. Augusty.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Tiburtii, Valeriani, Maximi; Georgii

f 1 Lect. de vita Tiburtii, Valeriani et Maximi martyrum

f 1' Or. *Praesta qs ops D ut Tiburcii et Valeriani solemnias; Georgii martyris: Lect. Erat quidam rex paganorum nomine Dacianus*

NOTITIA: cum desit festum Adalberti, fragmentum Breviarii Strigon. esse non potest. Collatio aliorum rituum nec possibile nec necessarium esse videbatur.

U. Fr. I. m. 134.

s. 13/2.

BREVIARIUM CHORI INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 413 × 243 mm — binae columnae — lineae exstantes 26 — pars scripta non integra *320 × 215 mm, integra 230 × 215 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/2.

ORNAMENTA: initialis una caerulea, duae rubrae; rubricae; paragraphi in rubro.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

Infra Hebd. Sexages., Dca Quinquages.

Gn 9, 6—29: Cap. *Fratres si linguis hominum*; Ad Mg A. *Pater fidei nostre* — Dca in Quinquages. Invit. *Quoniam Deus magnus Dominus*; Lect. I *Dixit autem Dominus ad Abraham*

NOTITIA: Breviarium libris Strigon. non concordat, sed nec Patav.

U. Fr. I. m. 135.

s. 13/14.

BREVIARIUM SALZBURGENSE (?)

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — 165 × 73 mm — 73 × 146 mm — binae columnae — lineae exstantes 13 et 26 — pars scripta integra 130 × 100 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/14.

ORNAMENTA: novem initiales rubrae et caeruleae partim detritae et detruncatae; rubricae.

LIBER TRADENS: Inc. 271: Biblia cum postillis Nicolai de Lyra . . . Nurnberg 1487.

POSSESSOR: „Canonicorum Reg. Clastroneoburgensium Bibliothecae iure sum inscriptus 24. Sept. 1655. — Bibliotheca monasterii BV. De Család OPaul — Ex libris Joannis Szojak 1749.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Austr., sed postea Hung.

Dca III in Quadrag.

f 1 vix legibile

f 2 V. *Biennium est enim*; R. 9. *Nunciaverunt Jacob dicens*; V. *Cum audisset*; Laud AA *Fac benigne*; *Dominus mihi adiutor est*

f 2' Ad IX *Cum in mundus spiritus*; R. *Declara super nos*; V. *Declaratio sermonum*; Ad Vesp. A. *Dixit Dominus*; Cap. *Fratres estote*; H. *Jesu quadragenarie*; V. *Angelis*; A. *Extollens quaedam*; Or. ut ante;

Complet. ut ante, excepto R. — Fer. II Invit. *Promisit enim Dominus;*
H. *O Nazarene*

NOTITIA: Breviarium nulli ritui in Hungaria mediaevali noto adnumerari potest, nec Pataviensi, forsitan poterat esse Salzburgensis ecclesiae (et canonicorum regularium Austriae).

U. Fr. I. m. 136.

s. 13/14.

BREVIARIUM ROMANUM CAMERALE

Fragm. membr. — f 1 — 111 × 76 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta integra 75 × 57 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/14.

ORNAMENTA: octo initiales rubrae et caeruleae „Parisinae”, lineis adverso colore ornatae, partim detruncatae.

LIBER TRADENS: 08547: Justinus Marcus Iunianus ex Trogi Pompeii Historiis extr. libri 44. Lugduni 1551.

POSSESSOR: „Conventus Savariensis Anno 1800”. Ex libris: „A csornai prépostság könyvtára” (Biblioth. Praepos. OPraem de Csorna). Sigillum: Conv. Sabariensis (OPraed vel OMin)

PROVENIENTIA: et orig. et usus Ital.

Primi, Feliciani, Barnabae, Basilidis cum sociis

NOTITIA: codex olim formam valde parvam habuisse videtur, qualis formae Breviaria s. d. cameralia esse solebant.

U. Fr. I. m. 137.

s. 14/1.

BREVIARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 110 × 160 mm — binae columnae — lineae exstantes 25 — pars scripta integra 72 × 50 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/1.

ORNAMENTA: 19 initiales rubrae, una detruncata; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. 46/5: Lampadius, Johannes Luneburgiensis: Compendium musicae tam figurati quam plani cantus ad formam dialogi . . . Bernae 1546.

POSSESSOR: „Fratris Martini Laperstainer ab eo datus Conventui Noviensi OPaul pro Sacristia 1744 — Joannis Baptistae Alemani sacerdotis et can[oni]ci.”

PROVENIENTIA: magnum spatium temporis, quod inter librum tradentem et possessorem cadit, Germ. et orig. et usui commendat.

Lectiones de sanctis

f 1' Tiburtii et Valeriani: Lect. *Valerianus Romanus nobis genere . . .*

f 2' Nerei et Achilei; Servatii

NOTITIA: Breviarium esse non Romanum monstrat festum Servatii; alioquin incerti ritus.

U. Fr. l. m. 138.

s. 14/1.

BREVIARIUM INCERTI RITUS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 35 × 195 mm — unica columna — lineae exstantes 6 — pars scripta non integra 20 × 65 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/1.

ORNAMENTA: duae initiales rubrae parvulae simplices.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

In Annunt. BMV; Georgii

f 1 I Noct. AA *Missus est angelus; Ingressus angelus; Celi enarrant; Maria turbatur in sermone*; III Noct. A. *Respondens angelus dixit ad Mariam ne timeas*

f 2 *Vix legibilis: . . . Georgius duabus horis . . . flexis genibus . . . R. Dum venientes Cappadocia*

NOTITIA: ordo antiphonarum, in quantum legi potuisset, nulli rituum, qui in Hungaria olim in usu fuerant, convenit.

U. Fr. l. m. 139.

s. 14/2.

BREVIARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2 — 193 × 282 mm — binae columnae — lineae exstantes 41 — pars scripta non integra *150 × 102 mm, integra cca 155 × 102 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.

ORNAMENTA: 29 initiales rubrae et caeruleae alternatim; rubricae.

LIBER TRADENS: Eb 461: Hagijs, Johannes: De meteoris sive impressionibus aëris loci
methodo dialectica digesti ac distributi a Marco Frytichio Laubono.
Witebergae 1598.

POSSESSOR: „Collegij S. Jesu Posony ad S. Salvatorem Catalogo inscriptus 1693 —
Sum ex libris Pauli Pausperti Iglaviensis Moravi anno salutis 1603.”

UNA TRADITA: impr. Germ.: Auslegung des Evang.

PROVENIENTIA: cf Notitiam.

Michaelis arch. Apparatio — Materni, Eucharii

f 1 III Noct. AA *Concussum est; Lau[damus Dominum]; Da[ta sunt ei];*
V. *Adorate Dominum* — R. 7. *In tempore illo;* R. 8. *Docebo te quae*
ventura; R. 9. *Fidelis sermo;* V. *Milia milium ministrabant* — Ad Laud.
AA *Dum praeliaretur Michael; Dum comitteret; Archangele Michael;*
Angeli Deo Domino; Angeli archangeli; Cap. *Gratia vobis et pax;* H.
Christe sanctorum; Ad Bn A. *Factum est silentium* — *Ad primam et ad*
alias horas antiphonae de Laudibus (rubro) etc.

f 2 Maternus, Eucharius, Valerius

NOTITIA: festum S. Materni in libris Hungariae non occurit, bene autem in libris
Olomucensis et Pragensis dioecesium.

U. Fr. l. m. 140.

s. 14/2.

BREVIARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 253 × 172 mm — binae columnae — lineae
exstantes 28 — pars scripta integra 185 × 120 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.

ORNAMENTA: quinque initiales rubrae et caeruleae alternatim.

LIBER TRADENS: Vet. 29/63a: Manardi, [Giovanni]: *Medicinales epistolae*. Argentorati
1529.

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Posonii S. Salvatoris 1672.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus extra Hung.

Officium Capituli et ad Tertiam per annum

f 1 Cap. [. . .] *dedisti famulis tuis;* R. ut supra VV *Exultabunt, Letabuntur;*
Pretiosa, Mors sanctorum; Or. *Sancta Maria virgo;* VV *Salvos fac; O*
Domine respice; Or. *Sempiternae Deus rex celi*

f 1' Ad Tertiam H. *Nunc sancte nobis;* Cap. *Unus dominus, una fides;* R.

*Inclina cor meum; V. Averte oculos meos; V. Ego dixi; Or. Ops s D, trina
Maiestas. . . .*

NOTITIA: ritus, iuxta quem textus ordinantur, in Hungaria ignotus erat.

U. Fr. l. m. 141.

s. 14/2.

BREVIARIUM MONASTICUM

Fragm. membr. — f 1 — 312 × 118 mm — unica columna, orig. binae
— lineae exstantes 24 — pars scripta non integra 204 × *65 mm —
lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, ind. Ital. s. 14/2.

ORNAMENTA: initialis una rubra et una caerulea; rubricae.

LIBER TRADENS: Inc. 690: Johannes de Aquila — Daniel Vincentius: Sermones
quadagesimales . . . Venezia 1499.

POSSESSOR: „Fratris Martini Laperstainer ab . . . dono Datur B. Virginis Mariae
Conventui Noviensi (OPaul) 1747 — Conventus Noviensis — Iste liber
est accomodatus mihi [per] fratrem Gabrielem Lucharich a Ragusio”
(s. 16.)

PROVENIENTIA: et orig. et usus Ital.

Officium Johannis Baptistae

f 1 R. 6. (Rep.) *Qui viam Domino; Lect. VII Ille corruptibilis; R. 7.
Innuebant patri*

f 1' Lect. VIII *Si comparatur hic Johannes; R. 8. Tu puer propheta altissimi;*

f 2 Ad canticum A. *Puer qui natus est nobis* (In III Noct.)

NOTITIA: Breviarium quidem certe monasticum, at non OCist, OSB (S. Just.) A.
ad Cantica = Lucen.; unde indoli scripturae convenienter dicere
possumus et breviarium esse ex Italia oriundum. Quae opinio et iam
alio argumento fulciri potest. Anno 1471. Coenobium Noviense pro
Paulinis fundatum est, anno vero 1476. monasterium S. Petri in Silvis
(S. Pietro in Selve) Histriae adusque per Benedictinos inhabitatum
similiter Ordini Paulino traditum est. (Kisbán: I 38.; Bánfi: 124—125.)
Sic codex breviarii monastici post Benedictinos repertus, novis incolis
tamen sine valore, discindi et in bibliopegarum usum verti coepit.

U. Fr. I. m. 142.

s. 14/2.

BREVIARIUM WRATISLAVIENSE (?)

Fragm. membr. — ff 1 + 2 — 165 × 115 mm — 160 × 207 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta integra 120 × 80 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.

ORNAMENTA: 11 initiales rubrae et una caerulea simplices; rubricae.

LIBER TRADENS: Ha 1087: Elementorum Rhetorices libri duo. Recenter recogniti ab autore Philippo Melanchtone. Witebergae 1559.

POSSESSOR: Bertotzius (?) — in Una traditis: „Bartholomeus Pray 1560.”

UNA TRADITA: fragm. impr.: „Illustrissimis Principibus Maximiliano et Ferdinando Augustini Caesaris Ferdinandi libris In Rosinus”, in verso: „Ludovicus B[ohemiae] R[ex] XVIII cum effigie Ludovici II etc.” — allegatur (Andronicus) Tranquillus.

PROVENIENTIA: cf Notitiam.

Scholasticae, Julianae; Johannis ante portam Latinam — Nerei et Achillei

f 1 Pars ultima Lect. Scholasticae, ad missam (de comm.); Or. *ipsius sequitur dominicalis*; Rubr. *De sancto Valentino ad primas Vesperas cum antiphonis ferialibus*; Cap., *ympnus de uno martire*

f 1' *Ad missam In virtute tua . . . ; Juliane virginis . . .*

f 2 [*Johannes ante portam Latinam . . . vadit processio (?) ad ca]pellam sancti wenceslay ibique vespere cum completorio finitur. Ad Matut. H. Eterna Christi; Ev. Salvatorem; Ad Laud. H. Johannes virgo caeteris dilector apostolis (divisio H. De Patre Verbum prodiens); Ad missam [Protexisti] prosa Verbum Dei Deo natum (Ch 21353)*

f 2' Gordiani et Epymachi Ad primas Vesp. Pss cum AA ferialibus

f 3 Nerei, Achylei et Panchratii

f 3' Lectt. eorumdem SS

NOTITIA: festum Johannis ante Portam Latinam tali sollemnitate celebratum patrocinium maioris, immo cathedralis ecclesiae commendat, qualis est Wratislaviensis, in qua etiam capella S. Venceslai, quo processio ibat, cogitari potest.

U. Fr. I. m. 143.

s. 14/15.

BREVIARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 180 × 243 mm — binae columnae — lineae exstantes 17 — pars scripta non integra *130 × 163 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: duae initiales lineis rubri coloris per pennam ductis ornatae; unica simplex initialis rubra, sed detruncata; rubricae.

LIBER TRADENS: Ha 483: Pontanus, Jacobus: Poëticarum institutionum libri III. Ingolstadii 1597.

UNA TRADITA: impr. Ital.

POSSESSOR: „Collegii Pøsoniensis Societatis Jesu ad S. Salvatorem Catalogo inscriptus 1680.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Germ. merid.

Margarethae, Heinrici

f 1 Capit. *Confitebor*; V. *Adiuuabit*; Ad Bn A. *Videntes haec mirabilia*; Ad horas laudes cum capitulis de virgine et martyre

f 1' Heinrici: Or. *Ops s D cui seruire*; Lect. (in Matutinis) *Anno ab incarnatione . . .* (BHL 6/1. 568—569.)

NOTITIA: cum festum Heinrici in Hungaria non celebretur, ritus et origo fragmenti extra Hung. poni debent.

U. Fr. l. m. 144.

s. 14/15.

BREVIARIUM MONASTICUM

Fragm. membr. — f 1 — 206 × 160 mm — binae columnae — lineae exstantes 34 — pars scripta integra 160 × 110 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: tres initiales rubrae.

LIBER TRADENS: Ac 866: Regel der Societet Jesu. Dillingen 1682.

POSSESSOR: „Collegii Budensis inscriptus 1738.”

PROVENIENTIA: incerta.

Textus valde detritus, vix legibilis. Lectt. in die VII et ipsa Oct. Assumptionis

NOTITIA: cursus monasticus Breviarii, consequenter fragmenti, quod iam vix legi potest, erui potuit ex eo, ut post lectionem VII sequitur VIII, quae adhuc de sermone legebatur, qui usus tantum cursui monastico convenit.

U. Fr. l. m. 145.

s. 14/15.

BREVIARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi medium bifolium — 293 × 365 mm — lineae exstantes 43 — pars scripta integra 293 × 170 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: 24 initiales rubrae, rubricae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: ignota, sed Europae centralis esse putatur.

Dcae XIX—XXI pt Trin.

f 1 textus non est legibilis

f 1' Dca XX [Octobris IV] *Fratres videte quomodo*; R. *In hymnis et confessionibus*; Mg A. *Extende Domine brachium*; Or. *Largire quesumus Domine*; Lect. I *Gorgias dux locorum assumptis advenis*

f 2 a Lect. VI *Iste Timotheus*; In Ev. *Simile factum est regnum celorum*; Lect. VII Hom. Gregorii *Querendum prius nobis est*; Lect. VIII *Misit Dominus servos*

f 2'b Dca XXI Novembris I Or. *Familiam tuam quesumus Domine*; Lect. I *Ezech. Et factum est in tricesimo anno*; R. *Vidi Dominum sedentem*; V. *Seraphim stabant*; Lect. II *Et ex medio eorum*

NOTITIA: Breviarium sine dubio Franco-Romanum est et talis speciei, quae scripturam currentem et homiliam dominicae eodem numero ponit. Quae ordinatio usui Strigoniensi satis propinqua, attamen differens ab illa est, vel maxime ex eo, quod XX post Trinitatem et IV Octobris dominica, in primis sex lectionibus non ipsam Scripturam, sed sermonem super eam habet.

U. Fr. l. m. 146.

s. 15/1.

BREVIARIUM COLOCENSE SEU ZAGRABIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 310 × 210 mm — binae columnae — lineae exstantes 29 — pars scripta integra 200 × 150 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: duae initiales rubrae, una caerulea.

LIBER TRADENS: RMK I 379: Gyöngyösi István: Új életre hozatott Chariclia . . . Lőcse 1700.

POSSESSOR: „Collegii Leutschoviensis S. J. Catalogo inscriptus 1712.”
PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Agnētis secundo

f 1 R. 2. *Dexteram meam*; Lect. III *Quidam sacerdos ecclesie sancte*; R. 3.
Amo Christum; Lect. IV *Hec igitur beata Agnes*
f 1' R. 4. *Omnipotens*; Lect. VI *Videte ergo fratres*

NOTITIA: Liber tradens et possessor primus Hungariam, terram originis et usus Breviarii esse commendant, licet e ritibus patriis Strigon. et OPaul secludendi sint; ritibus vel usibus Colocen. cum Zagrabien., Alben., quibus ordinatio textuum convenit, remanentibus.

U. Fr. 1. m. 147.

s. 15/1.

BREVIARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 177 × 258 mm — binae columnae — lineae exstantes 21 — pars scripta non integra *150 × 185 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: 12 initiales rubrae; rubricae.

LIBER TRADENS: Ha 657: Melancton, Philippus: *Erotemata dialecticae et rhetoricae*. Francoforti 1599.

POSSESSOR: „Johannes Georgius Schmidt Augustany Anno 1610. — Collegii Societatis Jesu Posonii ad S. Salvatorem 1672.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Germ.

In Oct. Epiph. et Dca I pt Oct.

In Oct. Epiph. ad VI A. *Pater de celis*; Ad IX A. *Baptizatur Christus*;
Ad chorum A. Salve regina; Dca I pt Oct. H. *Corde natus* (non Hung.)

NOTITIA: ritus huius fragmenti alicuius ecclesiae vel ordinis in Hungaria non fuerat; indole scripturae suadet locus originis in Germania quaerendus esse. Nota antiphonam „ad chorum *Salve regina*” post vesperas.

U. Fr. I. m. 148.

s. 15/1.

BREVIARIUM MONASTICUM

Fragm. membr. — ff 2 — 230 × 380 mm — unica columna — lineae exstantes 24 — pars scripta non integra 210 × 140 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: tres initiales rubrae, partim detruncatae; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. 43/42—43: Confutatio defensionis ducis Clivensis super jure ducatus Geldrisae ac comitatus Zutphaniae . . . s. l. 1542.

POSSESSOR: „Conventus S. Martini Sabariae ord. Praed. Provincia Ungariae”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Germ. merid.

BREVIARIUM MONASTICUM CUM RUBRIS IN LINGUA GERMANICA

In den anderen Vespern [Concept. BMV] Antiphone ut supra de Laudibus psalmi de Virginibus zu dem Capitel hebt an. von dem Fest. Ordinatio sancti Zenonis Episcopi . . .

NOTITIA: Breviarium cursus monastici esse dubium non est, cuidam vero monasterio monialium OSB adscribendum posset, manet in dubio. Id tamen non parvi momenti esse censeri potest, quod ordinatio S. Zenonis Veronensis in illo coenobio die nona Decembris celebrabatur.

U. Fr. I. ch. 149.

s. 15/1.

BREVIARIUM INCERTI RITUS

Fragm. chart. — f 1 — 200 × 135 mm — binae columnae — lineae exstantes 37 et 39 — pars scriptae non integra *175 × 110 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva currens s. 15/1.

ORNAMENTA: quattuor initiales rubrae; rubricae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

Galli

- f 1 Invit. *Regem sempiternum*; AA *Parentes vero*; *Quamquam bone indolis vir*; *Cum proficiendi*; Lect.: *Beatum Gallum*; R. 1. *Parentes vero*; V. *Erant enim*; R. 2. *Beatus Gallus*; R. 3. *Columbanus itaque*
f 1' R. 4. *Atletha Dei Gallus*; R. 5. *Beatus Gallus dum orandi*; R. 6. *Domine Jesu Christe ne despicias*; R. 7. *Electus Dei Gallus*

NOTITIA: Notandum est seriem responsoriorum (1—6.) dempto septimo antiphonali Albensi (ff 123 v—124) et Colocen. Varadien. convenire, sed non Strigon.

U. Fr. l. m. 150.

s. 15/m.

LIBER HORARUM

Fragm. membr. — ff 2 + 1, fasciculi duo intermedia folia (ff orig. 80, 87, 90) — unica columna — 200 × 150 mm — lineae exstantes 19 — pars scripta integra 108 × 105 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.

ORNAMENTA: quattuor imagines pictae in textu: f 87 Michaelis arch., f 87' Johannis Baptistae, f 90 S. Nicolai ep., f 90' S. Annae — sex ornamenta picta in marginibus, octo initiales pictae.

LIBER TRADENS: fragmentum emptum est (R 1805/1959).

PROVENIENTIA: incerta.

BMV, Joh. Baptistae, Michaelis, Antonii, Nicolai, Annae

- f 1 *Salve regina*; Or. *Ops s D qui gloriose virginis*; Capit. *Egreditur virga*
f 2 Michaelis *Factum est silentium*; Or. *Deus qui miro ordine* — Joh. Baptistae *Inter natos mulierum*; Or. *Presta quesumus ops D*
f 3 Antonii Or. *Deus qui concedis* — Nicolai *O pastor eterne*; Or. *Deus qui beatum Nicolaum* — Annae *Et benedicta sit*

PUBL.: Aggházy, M.: Hat évszázad könyvdiszítései, miniaturái. Szépművészeti Múzeum kiállításai (Ornamenta librorum per saecula sex. Expositio Musaei Artium quae figurativae dicuntur). Budapest 1966. 79., 81. — Radocsay, D. — Soltész, E.: Francia és németalföldi miniaturák Magyarországon (Picturae libros illuminandi e Gallia et Belgicis Provinciis). Budapest 1969. 24—25., 65. (No 49) XXXV.

U. Fr. l. m. 151.

s. 11/in.

SACRAMENTARIUM

Fragm. membr. — ff 2 + 4 — ff 1—2: 163 × 163 mm, ff 3—5: 145 × 245 mm, ff 2—4: 170 × 257 mm — unica columna — lineae exstantes 17 — pars scripta non integra *135 × 85 mm, integra 150 × 85 mm — punctatio — TAB. XXXIV.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 11/in. (Mss dai t. XV.)

ORNAMENTA: quattuor initiales rubrae per pennam efformatae, unica nigra; rubricae; Germ. merid. originis. (cf Swarzenski, G.: Die Salzburger Malerei von den ersten Anfängen bis zur Blütezeit des romanischen Stils. Tafelband: Leipzig 1913. Abb. 32.)

LIBER TRADENS: ignoscitur, cf Notitiam.

PROVENIENTA: incerta orig., sed usus potest esse Hung.

- f 1 [*Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae. III Dom. Quadr. quae pro scrutiniis electorum celebratur . . . infra canonem ubi dicit*] *Memento [Domine . . . et taces et recitantur nomina] virorum ac [mulierum qui ipso infantes] susceptur[i sunt . . .] E[st] intras Quorum tibi fides . . .] ut supra. E[st] recitantur nomina electorum . . .] *Nos Domine [fonte baptismate innovandos . . .] PtComm Ade[sto Domine quaesumus redemptionis . . . Super populum Sup]liciter Domine [sacra familia . . .] Et vocant[ur ad scrutinium secundum(?) Et faciunt Missam secundam per (?) omnem ordi]ne sicut s[upra . . .] Ergo scr[utinii . . .] hanc orationem [ops s Deus Ecclesiam . . . Lect. Isaiae . . .] Gr. Venite V. A[ccedite ad eum scd Marcum . . . Offere]bant par[vulos . . .] Secr. Re[medii . . .] PtComm Tu s[emper . . .]**
- f 1' [*Missa de tertio scrutinio . . . Ad complendum*] *Concurr[at, quaesumus . . .]*
- f 2 [*Expositio evangeliorum in aurium apertione ad electos . . . incipit scd Marcum*] . . . *in[capit] dicere vox . . . In evangelium scd Lucam] Fuit in diebus Herodis regis . . .*
- f 3 *Ordo in sabbato sancto vero die sancto ac solempnissimo ornetur ecclesia . . .*
- f 4 *Or. Deus qui ecclesiam tuam semper; Lect. Haec est hereditas; Tr. Sicut cervus; Or. Concede quaesumus ops Deus ut qui festa paschalia; Or. Ops s Deus respice propitius ad devotionem . . . In isto loco scola faciat letania trina vel quina aut septenas interim autem dum lectiones leguntur . . .*
- f 4' . . . *et preparent se ad baptizandum. Hic introducatur catecumenus in basilicam. Tunc sacerdos manum ponit super caput infantis . . . (Credo, Pater noster) . . . Nec te latet . . . Effeta . . . Postea faciat eum abrenunciare vocato nomine infantis . . .*
- f 5 . . . *Silvester papa constituit ut baptizatum de aqua levatum presbyter in vertice liniat cum chrizmate . . .*
- f 5' . . . *imponendo lintea dicat Accipe vestem candidam . . .*

NOTITIA: Sacramentarium nostrum „expositionem evangeliorum in aurium apertione” quidem missae inserit, quae est Fer. IV pt Laetare sed R., Grad. cum V. aliud ponit ac Ordo III e Pontif. eccl. Pictavien. apud E. Martène, De antiquis eccl. ritibus. I, 105—107., quae in nostro fragmento leguntur, eadem sunt ac in Miss. Rom. Fer. IV adscripta. Concordant autem et Pictavien. et fragm. in evangelio. Habetur in fragmento ordo baptismatis, sed iam in ipsa vigilia paschali post

lectiones ponitur et uno tractu usque ad confirmationem („si episcopus adest”) completur. Ordo, qui hic in reliquiis legitur, suo modo constitutus differt — saltem ut nobis patuit — et a Gelasiano et a Pictaviensi (Martène sed etiam a s. d. Gregoriano (PL 78.). Liber tradens ignoscitur, sed debebat esse quoddam incunabulum Bibl. Univ., de cuius teguminis interiore parte fragmenta una cum impressis super pulpam (Teigdruck) vel super globulos (Schrottdruck) saeculo priore ablata sunt.

U. Fr. l. m. 152.

s. 11/12.

LECTIONARIUM MISSAE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 3, fasciculi primum et ultimum folium, ex eodem fasc. unum folium intermedium 200 × 297 mm, 145 × 156 mm — unica columna — lineae exstantes 23 et 15 — pars scripta non integra *190 × 120 mm, integra 200 × 120 mm.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 11/12.

ORNAMENTA: quattuor initiales rubrae, multae parvulae, partim detruncatae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

De Defunct.; De BMV; In Dedicacione

- f 1 Ep. *Nolumus vos ignorare* (I Thess 4,13—18); Ev. *Sicut pater suscitavit mortuos* (Io 5,21—24); Ep. *Vir fortissimus Judas* (II Mcc 12,43—46); Ep. *Audivi vocem* (Apc 14,13); Ev. *Dixit Dominus Jesus turbis Iudeorum* (Io 6,51[—55])
- f 2 Ep. *Orietur in tenebris* (Is 58, 10—?); Ev. *Dixit Martha ad Jesum* (Io 11,21—27)
- f 3 Ep. [*Hoc enim sentite . . .*] *omne genu* (Phil 2,5—11); Ev. *Assumpsit Jesus duodecim* (Mt 20,17—19) — *De S. Maria*: Ep. *Fortitudo et decor* (Prov 31,25—30); Ev. *Factum est dum loqueretur* (Lc 11,27—28) — *In Dedicacione*: Ep. *Vidi civitatem* (Apc 21,2—5); Ev. *Ingressus Jesus perambulabat* (Lc 19,1—10)

U. Fr. l. m. 153.

s. 11/12.

LECTIONARIUM MISSAE

Fragm. membr. — f 1 — 230 × 167 mm — unica columna — lineae exstantes 21, orig. 26 — pars scripta non integra *190 × 110 mm, integra 200 × 110 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 11/12.
ORNAMENTA: duae initiales simplices rubrae; rubricae.
LIBER TRADENS: RMK I 130/a: Dictionarium quatuor linguarum Latinae, Hungaricae, Bohemicae et Germanicae. Bécs (Vindobonae) 1641.
POSSESSOR: ignoscitur (Liber tradens mancus).
UNA TRADITA: impr. Lat.: Libri theologici Calvinianorum.
PROVENIENTIA: Liber tradens Hung. non contradicit.

Infra Oct. Resurr.

Fer. II Ev. [*Duo ex discipulis Jesu ...*] *hi sermones* (Lc 24,17—35);
Fer. III Ep. *Surgens Paulus ... filii generis Abraham* (Act 13,26—30)

U. Fr. l. m. 154.

s. 14/m.

LECTIONARIUM MISSAE FRANCO-ROMANUM STRIGON.
ANT. (?)

Fragm. membr. — f 1 — 303 × 190 mm — unica columna — lineae exstantes 22 — pars scripta integra 195 × 140 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/m.
ORNAMENTA: quinque initiales rubrae, partim detruncatae; rubricae; paragraphi in rubro.
LIBER TRADENS: Hb 4143: Blemmides, Nicephorus: Epitome logica ... Augustae Vindelicorum 1605.
POSSESSOR: „Coll. Societatis Jesu Posonii ad S. Salvator 1672. num. ant. 696.”
PROVENIENTIA: Hung.?, Strigon. ant.?

Hebd. Maioris Fer. II et III

Fer. II Ev. *Ante sex dies Paschae* (Io 12,1—36); Fer. III Ep. I *Dixit Jeremias Domine demonstrasti mihi* (Ier 11,18—20); Ep. II (Sap 2,12—22); Ev. *Passio scd Marcum* (Mc 14,1—3[3—72])

NOTITIA: ordo lectionum Fer. III Strigon., Zagrabien., Patavien., Cracovien. non convenit; Ep. II e Sap. in Missali OPaul legitur; in Quinqueecl., vero ordo ambarum lectionum invertitur; an lectionarium adhuc usum Strigonien. antiquiorem traderet?

U. Fr. I. m. 155.

s. 15/1.

LECTIONARIUM MISSAE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 175 × 240 mm — binae columnae — lineae exstantes 14 — pars scripta non integra *100 × 193 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: initiales duae rubrae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

Fer. IV, VI pt Dcam XIII pt Pent; Dca XIV; Fer. IV pt eandem Dcam

f 1 Fer. IV pt Respice Domine Ev. [*Abeuntes pharisei . . .*] *clamabit* (Mt 12,[14—19] 19—21); Fer. VI Ep. *Quam gratiarum actionem* (I Th 3,[9]9—10[11—13]); Ev. [*Ibat Jesus . . .*] *respondens* (Lc 13,[22—24]25—29[30])

f 1' Dca Protector noster Ep. [*Spiritu ambulate . . .*] *spiritus est* (Gal 5,[16—22]22—24); Ev. *Cum iret Jesus* (Lc 17,11—12[12—19]); Fer. IV Ep. [*Nolite iugum ducere . . .*] *autem conventio* (II Cor 6, [14]15—18)

U. Fr. I. m. 156.

s.15/1.

LECTIONARIUM MISSAE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — f 1 315 × 142 mm; f 2 315 × 165 mm — unica columna — lineae exstantes 20 — pars scripta non integra 273 × *132 mm, integra cca 273 × 152 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: initiales duae caeruleae, lineis in rubro per pennam ductis ornatae; unica rubra lineis caeruleo colore per pennam ductis ornata; in margine superiore numerus folii; initiales rubrae partim detruncatae.

LIBER TRADENS: Inc. 469: Bustis, Bernardinus: Mariale. Officium et missa Immaculatae conceptionis beatae Mariae Virginis. Milano 1493.

POSSESSOR: „pertinet ad locum Mariae de Jesu Tarvisy [?] — F. Martini Laperstainer — Fratris Laperstainer ab Eodem Dono Datur B. Virginis Mariae Conventui Noviensi 1747.” (OPaul)

UNA TRADITA: fragm. mss. Germ.

PROVENIENTIA: Croat.?, Carniolen.?

Lectiones ad Commune SS

- f 1 (Hbr 13,9—16) [*Doctrinis variis . . . sed futuram* — (Sir 47,9—13 et 24,1—4) *Dedit Dominus confessionem sancto suo*
 f 1' „*De uno . . . qui fuit doctor*” (Tim 4,1—8) *Testificor coram Deo*
 f 2 *Vigilat[e] qui[a] nescitis* (Mt 24,42—47); [*Vide*]te *vigilate et orate* (13,33—37)
 f 2' *Sint lumbi vestri* (Lc 12,35—40)

NOTITIA: Missale non Rom. esse (sed forse OPaul) Lect. „Dedit Dominus” (de Conf.) ostendit.

U. Fr. l. m. 157.

s. 15/m.

LECTIONARIUM MISSAE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 350 × 522 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta integra 250 × 155 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.

ORNAMENTA: initiales sex rubrae et caeruleae alternatim, unica rubra foliis ornata, maiusculae vocis incipientis in nigro; rubricae.

LIBER TRADENS: D 87 (ms): [Manuscripta medica] s. l. a. (fragm.)

POSSESSOR: „Collegii Szakolcensis Catalogo inscriptus anno 1754.”

PROVENIENTIA: incerta.

Fer. V, VI et Oct. Pasch., Dca V pt Pasch.

f 1 Fer. V, VI et Sabb. in Oct. Paschae Ep. et Ev.

f 2 (pt Dcam Cantate) Fer. IV Ev. *Respicens Jesus in discipulos* (Io 17,[11—14]14—26) — Fer. VI Ep. *De temporibus et momentis* (I Th 5, 1—5); Ev. *Filioli adhuc modicum* (Io 13,33—36) — Dca Vocem iucunditatis Ep. *Estote factores* (Iac 1,22—27); Ev. *Amen amen dico vobis si quid petieritis* (Io 16,23—30)

NOTITIA: ritus Strigoniensis excluditur, quia pericopae feriarum IV-rum et VI-rum, saltem in libris eiusdem ritus recentioris formae, iam desiderantur.

U. Fr. l. m. 158.

s. 14/15.

PASSIO CUM CADENTIIS

Fragm. membr. — f 1 — 270 × 213 mm — binae columnae — lineae exstantes 29 — pars scripta integra 220 × 160 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Hung. s. 14/15.

ORNAMENTA: maiusculae vocis incipientis in nigro, lineae in rubro duplicatae.

LIBER TRADENS: Vet. 08/31c: Grapaldus, Franciscus Marius: De partibus aedum dictionarius. Argentina 1508.

POSSESSOR: „Collegii Societatis Jesu Tyrnaviensis Catalogo inscriptus anno 1635.”

UNA TRADITA: epistola Hung. a Georgio Jakobi (s. 17.) cuidam patri relig., alias ignoto, Prusky datum (= Pruska, in comitatu Trencheniensi, Conv. OMin).

PROVENIENTIA: Hung., cf Poss. et Una tradita.

Lc 22,10—45

U. Fr. l. m. 159.

s. 13/2.

PROSARIUM MISSALIS FRANCO-ROMANI

Fragm. membr. — ff 1+1 — f 1 315 × 225 mm (ciffr. arab. 57.); f 2 315 × 210 mm (ciffr. Arab. 64.) — unica columna — lineae exstantes 30—33 — pars scripta integra 230 × 160 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Germ. s. 13/2. — manus duae.

ORNAMENTA: initiales duae rubrae lineis rubro colore per pennam ductis ornatae, tres rubrae simplices, maiuscula vocis incipientis in rubro.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: Germ. merid.

f 1 manus a [alia de Ascensione: *Summum triumphum regis . . . Postquam illud suo mitigavit* (Ch 19756) — In die Pent.: *Sancti Spiritus assit nobis* (Ch 18557) — *Item alia de sancto Spiritu: Veni sancte spiritus* (Ch 21242) — *De sancta Trinitate: Benedicta semper sancta sit Trinitas* (Ch 2431—4) — *De sancto Johanne Baptista: Sancti Baptiste Christi preconia* (Ch 18521)

f 2 manus b posterior [de Egidio . . .] *Hinc nos te sacer Egidii prece rogamus supplici* — *De sancto Gallo: Dilecte Deo Galle perhenni* (Ch 4692) — *Simonis et Iude apostolorum: Gaude mater ecclesia Symon atque Thadeus; De Bartholomeo Diem festum Bartholomei Christi amici* (Ch 4589) — *De Elisabeth Gaude Syon quod egressus* (Ch 6958) — (De Petro) *Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam Tu beatus es Symon Bariona cui aspirat sua dona quasi nato Spiritus . . . Ianitor ingressum pande quo nos lucis non mutande, foueat intuitus* (apud Ch. deest)

NOTITIA: Prosarium olim Missalis Franco-Romani partem fecisse ipsae prosae tradunt; ecclesiam cui prosarium inserviebat, in Germania meridionali quaerendam esse prosae S. Galli et forsitan S. Egidii indicant. In

marginē superiore f 2 probationes calami leguntur: „In iudicando criminosa est celeritas; fr. Iacobe patere contraria. Abstine. Leyd vnd weyde . . .”

U. Fr. l. m. 160.

s. 15/1.

PROSARIUM MISSALIS

Fragm. membr. — f 1 — 192 × 287 mm — binae columnae — lineae exstantes 25 — pars scripta non integra *192 × 185 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: initialis „I” rosaeo et caeruleo coloribus picta, detrita; maiusculae vocis incipientis rubrae et caeruleae; rubricae.

LIBER TRADENS: RMK I 45: Szikszai Fabricius Balázs: Nomenclatura, seu dictionarium latino-hungaricum. Sarvarini 1602.

POSSESSOR: In dorso teguminis leguntur verba: „ . . . gel gehört das buch zur anno 1608 jar” — *sigillum*: „Nagy István gyűjteményéből”.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Nativ. Dni — Innocent.

f 1 Nativ. Dni *Natus ante saecula* (Ch 11903) — [*Eia recolamus laudibus piis . . .*] *pereunt nostri* (Ch 5323) — Stephani protom. [*Hanc concordie famulatu . . .*] *Paulus tuis precibus* (Ch 7662)

f 1' *Johannes Jesu Christo multum dilecte virgo* (Ch 9755) — De Innocentibus *Laus tibi Christe Patris care* (Ch 10548)

NOTITIA: cuidam ritui patrio prosarium missalis attinisset, non satis clare patet, prosae tamen tali ordine in libris Hungariae inveniuntur.

U. Fr. l. m. 161.

s. 15/m.

PROSARIUM OCarm

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — 450 × 330 mm — binae columnae — lineae exstantes 27 — pars scripta integra 224 × 154 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata ind. Germ. s. 15/m.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae parvulae; rubricae.

LIBER TRADENS: Be ivr. 3: Landhandvest. Gratz 1653.

POSSESSOR: „Erkaufft von Sebastian Harald . . . zu Grätz pro 1 f 15 k . . . Septembr 1686. Stänzel — Ersatz in Inventario — Ducatus Styriae privilegia — Bibliothecae Lepoglavensis 1717. Paulin.” — inter Una tradita: „Ex libris Francisci Alth a. 1687.”

UNA TRADITA: Rationes domesticae cuiusdam castelli in Styria (1616—17); a 1974. ad huc inveniebatur Calendarium a. 1634 cum xylographis.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Austr. (Styr.?, cf Poss.)

f 1 *In Galli cantu Prosa Nato canunt omnia Domino pie agmina* (Ch 11890) — *In Aurora Letabundus exultet* (Ch 10012) — *Ad summam: Coelica resonent* (Ch 3520) — *De sancto Stephano Prosa Superne matris gaudia* (Ch 19822) — *De sancto Johanne evang. Iucundare plebs fidelis* (Ch 9843)

f 2 *Prosa de Anna Stropha ultima Ut cum sanctis in supernis fruamur dotis eternis . . . Istud Anna et Maria nobis praestent prece pia* — De Alberto (Carmelita Messinensi) *Canamus noua dragmata Christo quem laudant omnia* — De Assumptione *Area uirga prima matris Eue* (Ch 1320 et 16)

NOTITIA: prosarium olim missale Fratrum BMV de Monte Carmelo pertinuisse et ordo sequentiarum et maxime illa de S. Alberto Carmelita monstrant; in Styria praeter conventum OCarm in Voitsberg, alius non est notus, v. Žak: 213.

U. Fr. I. m. 162.

s. 15/2.

PROSARIUM MISSALIS STRIGONIENSIS

Fragm. membr. — f 1 — 187 × 268 mm — binae columnae — lineae exstantes 20 — pars scripta non integra *148 × 180 mm, integra 220 × 180 mm — punctatio et lineatio — TAB. XXXV.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Germ. s. 15/2.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae simplices.

LIBER TRADENS: RMK III 38/a: Pelbartus de Temesvar: Sermones de Pomerio. Strassburg 1505.

POSSESSOR: notitia in libro: (ms. 16) „ . . . anno domini 1546 [his]panoli Nitriam et willas pertinen[. . .]”

UNA TRADITA: folium praeligatum cum poss. Johannes Zynydni[. . .].

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Laurentii; Assumptionis BMV; Stephani regis; Nativitatis BMV

Laurenti David magni martir (Ch 10489); [*Congaudent angelorum chori . . .*] *Maria Jesu mater* (Ch 36379); [*Corde, voce mente pura . . .*] *Hic est Geyse ducis natus . . .* (Ch 3910); [*Nativitas Mariae virginis . . .*] *cuius ortu mors* (Ch 11881)

NOTITIA: prosa de S. Stephano rege, possessor, concomitans adnotatio provenientiam Hung. demonstrant; scriptor vero potius in aliquo scriptorio Germ. olim formatus erat.

U. Fr. l. m. 163.

s. 12/m.

MISSALE ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 373 × 250 mm — binae columnae — lineae exstantes 35 — pars scripta integra 290 × 180 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina, ind. Ital. s. 12/m.

ORNAMENTA: initialis unica rubra.

LIBER TRADENS: Vet. 45/16: Buchia, Dominicus: Expositio satis perutilis omnium epistolarum Dominicalium. Venetiis 1545.

UNA TRADITA: fragmentula Sermonarii s. 13., in littera Parisina.

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus incerta.

Sabbato Sancto

Prophetia VI [*Audi Israel . . .*] *Dei ambulasses* (Bar 3, [9—] 13—38);
Prophetia VII (Ez 37, 1—14)

NOTITIA: Missale Romanum tradidisse olim codex videtur ex eo, quod Lectt. in Sabbato Sancto sic se excipiunt: Prophetia VI, Oratio, Prophetia VII, Oratio.

U. Fr. l. m. 164.

s. 13/14.

MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 312 × 190 mm — binae columnae — lineae exstantes 22 — pars scripta integra 215 × 135 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/14.

ORNAMENTA: initiales 20 rubrae simplices, maiusculae vocis incipientis in rubro.

LIBER TRADENS: Hb 4107: Compendium in universam tractationem logicam Gregorii. Augustae 1602.

POSSESSOR: „Collegii Societatis Jesu Posony ad S. Salvatorem 1672.”

UNA TRADITA: mss. Germ.: rationes domesticae vel negotii.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Germ. merid.

Litaniae Omnium SS: Gallus, Magnus, Othmarus, Walpurga.

U. Fr. I. m. 165.

s. 14/m.

MISSALE CISTERCIENSE CONVENTUALE

Fragm. membr. — f 1 + 1 — 317 × 163 mm, 315 × 180 mm — unica
columna — lineae exstantes 19; f 2^o 14 — pars scripta integra 225 × 140
mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m.

ORNAMENTA: initiales 12 rubrae et caeruleae alternatim; rubricae.

LIBER TRADENS: Hf 943/a—b: Melchior iunior, Witebergensis: Orationum, quae
Argentinensi in Academia, exercitii causa scriptae ac recitatae . . .
fuerunt. Pars II—V. [Montebelgardi 1595.]

POSSESSOR: „Pars 2—3. Collegy Societatis Jesu Soprony inscrip. cat. 1715. — pars
4—5. Collegy Soproniensis Societatis Jesu catalogo inscriptus Anno
1685.”

UNA TRADITA: impr. Croat. (Homil. 4, 1541—42.)

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Dcae XXII—XXV pt Pent.

- f 1 Comm. *In salutari tuo*; Ptcomm. *Ut sacris Domine* — Dca (XXIII) Intr. *Si iniquitates*; Coll. (*Familiam tuam*); Ep. *Confidimus in Domino* (Phil 1,6—11); Gr. *Ecce quam bonum*; All. V. *Qui sanat*; Ev. *Simile est . . . homini regi* (Mt 22,1—14); Off. *Recordare mei*; Secr. *Suscipe Domine*; Comm. *Dico vobis gaudium*; Ptcomm. *Immortalitatis alimoniam* — Dca (XXIV) Intr. *Dicit Dominus*; Coll. *Deus refugium nostrum*; Ep. *Imitatores* (Phil 3,17—21; 4,1—3)
- f 2 R. *Liberasti nos*; All. V. *Qui posuit*; Ev. *Abeuntes pharisei* (Mt 22,15—21); Off. *De profundis*; Secr. *Da quaesumus miserias*; Comm. *Amen dico vobis*; Ptcomm. *Sumpsimus* — Dca (XXV) Intr. *Dicit Dominus*; Coll. *Excita . . . tuorum fidelium*; Ep. *Ecce dies* (Ier 23, 5—8); All. V. *Qui posuit*; Ev. *Cum sublevasset* (Io 6,5—15); Off. *De profundis*; Secr. *Propitius esto Domine*; Comm. *Amen dico vobis*; Ptcomm. *Concede nobis*

NOTITIA: Missale hoc Cisterciense esse ipsi textus arguunt, conventuale vero seu ad usum altaris maioris dicendum esse, carentia pericoparum, quae scilicet a ministris sacris cantabantur auscultante sacerdote, permittit. Olim monasterii OCist de Porno in confinibus Austriae et Hungariae siti in usu fuisse codicem sequitur ex hoc, quod Georgius Card. Draskovich ep. Jaurinensis in Hungaria possessiones abbatiae de Porno iam desolatae, quas in commendam habebat, collegio S. J. Soproniensi ab ipso fundato cum sua bibliotheca tradidit. Fatum missalis OCist ex his adiunctis fit clarius; cui annuunt concomitantia Croatica, quae bene e libro in bibliotheca Draskovichiana asservato provenisse videntur. (cf Horváth, E.; Iványi, B.)

U. Fr. l. m. 166.

s. 14/2.

MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — f 1 360 × 230 mm, f 2 360 × 193 mm —
binae columnae — lineae exstantes 33 — pars scripta integra 260 × 180
mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.

ORNAMENTA: initialis una caerulea lineis rubro colore per pennam ductis ornata,
septem rubrae, duae caeruleae simplices; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. 14/54: Horatius Flaccus, Quintus: Poemata omnia . . . Paris (?)
1514 vel 1515.

POSSESSOR: „Monasterii Lepoglavensis Catalogo inscriptus 1648.” — „Sum ex
libris Joannis M. wliz(?) Carm.”

PROVENIENTIA: potest esse Croat. vel Hung.

Dca Misericordia; In Vigil. Pent.

f 1 Fer. VI pt Quasimodo Ev. [*Exierunt mulieres . . .*] *Et ecce* (Mt 28, [8]
9—15) — Dca Misericordia Intr. *Misericordia*; Or. *Deus qui in filii*; Ep.
Christus passus est (Pt I 2,21—25); All. V. *Surrexit pastor bonus*; Ev.
Ego sum pastor bonus (Io 10,11—16); Off. *Deus, deus meus*; Secr.
Benedictionem; Comm. *Ego sum* — Fer. IV Ep. *Scientes quod non* (Pt I
18—25) Ev. *Una sabbati valde* (Lc 24, 1—5)

f 2 In Vigil. Pent. [*Audi Israel . . .*] *et ad inferos* (Bar 3,9—38); Or. *Deus
incommutabilis*; Tr. *Sicut cervus*; V. *Sitivit anima mea*; V. *Fuerunt mihi*;
Or. *Concede quaesumus ops s D ut paschale sacramentum . . . Finita
collecta fiat processio ad fontem sicut in vigilia Pasche duobus pueris
cantantibus Rex sanctorum Angelorum . . .* — In missam Coll. *Praesta
quaesumus*; Ep. *Cum Apollo esset* (Act 19,1—8) All. V. *Confitemini
Domino*; Tr. *Laudate Dominum*; V. *Quoniam confirmata est*; Ev. *Si
diligis me, mandata mea . . .* (Io 14,15—21)

NOTITIA: Sabbato ante Dcam Misericordia legitur rubrica: „Sabbato officium de
Resurreccione primum Alleluia Versus Pasca nostrum secundum
Surrexit Christus. Sequencia Victime cetera non mutantur.” Missale
inserviebat ecclesiae parochiali vel Collegiatae, ubi et fons baptismalis
et schola aderant.

U. Fr. I. m. 167.

s. 14/2.

MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 1+2 — f 1 128 × 220 mm, ff 2—3, fasciculi primum et ultimum folium — 328 × 276 mm — binae columnae — lineae exstantes 31 — pars scripta integra 227 × 165 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/2.

ORNAMENTA: initiales octo rubrae, tres caeruleae, partim detritae et detruncatae.

LIBER TRADENS: Inc. 958: [Rolewinck, Werner: Fasciculus temporum. Strassburg 1490. ?]

POSSESSOR: „Ex libris Petri Chevachovich Ab admodum Reverendo Domino Petro Borkovich [...] data eidem 1683. — Sum ex codicibus Joannis Khobertorm Parochi ad S. Margaritham in Kirchau (Austr. Inf.) anno 1640. — Dono Adm. Reverendi ac Nobilis Andreae Schalleri accepit R. D. Joannes Georgius Frigast [...]”

PROVENIENTIA: orig. Austr.; usus potest esse Croat. vel Hung. cf Poss.

f 1 Fer. VI pt Invocabit et Sabb. IV Temporum

f 2 Dca Judica

f 3 Dca Palmarum; Fer. II pt Palmarum: Ev. (Io 12,1—17,[36])

NOTITIA: ut e pericopa Fer. II videri potest, Missale Franco-Romanum dicendum est (Patavien.?).

U. Fr. I. m. 168.

s. 14/2.

MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 1+1 — f 1 245 × 195 mm — f 2 247 × 235 mm — binae columnae — lineae exstantes 30 — pars scripta integra 200 × 140 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.

ORNAMENTA: initiales quinque rubrae et quinque caeruleae, partim detritae.

LIBER TRADENS: RMK I 55: Draskovics János: Horologii Principium Az az, az Feidelmek orainak Második könyve. . . Grecz (!) 1610.

POSSESSOR: „Ladislai Lippstick — Stephani Lac[...]”

PROVENIENTIA: Hung., cf Librum tradentem et Poss.

Joh. Bapt., Processi et Martiniani, Transl. S. Thomae Cant. — Udalrici

f 1 (f CCXXIX) Missa prima in die S. Joh. Bapt.: Lect. Sap. *Memoria [iusti . . .]* (Sir 49,1—9); Ev. *Respondens Zacharias* (Lc 1,18—22); — In maiori Missa Intr. *De ventre matris*; Or. *Deus qui praesentem diem*; Lect. *Audite insule* (Is 49,1—7); Gr. *Priusquam te formarem*; V. *Misit Dominus*; All. V. *Erat Johannes*; Sequ. *Sancti Baptiste Christi* (Ch 18521)

f 2 (CCXXXIII) Processi et Martiniani; Lect. *Qui timent Dominum* (Sir 2,18—21); Gr. *Exultabunt sancti*; All. V. *Corpora sanctorum*; Ev. *Descendens Jesus*; Off. *Gloriabuntur*; Secr. *Suscipe Domine* — In translatione Thomae ap. Coll. *Concede*; Secr. *Apostoli tui Thome*; Compl. *Sumptis Dne remediis* — Udalrici conf. Intr. *Sacerdotes Dei*; Coll. *Ops s D qui nos annua recursione*; Lect. *Lingua sapientium* (Prv 15,2—4; 6—8; 9); Gr. *Exultabunt sancti* — eodem die transl. Martini — In Oct. Petri et Pauli Lect. *Hi sancti viri misericordiae* (Sir 44,10—15); Ev. *Iussit Iesus discipulos suos* (Mt 14,22—33)

NOTITIA: Missale hoc non esse sed Curiam Romanam ordinatum textus ipsi ostendunt. (Ritus quoque Strigon., Quinqueecl., Zagrabien. (Coloc.), Salzburgen., Patavien. excluduntur.)

U. Fr. l. m. 169.

s. 14/2.

MISSALE

Fragm. membr. — f 1 — 280 × 208 mm — unica columna — lineae exstantes 27 — pars scripta integra 205 × 140 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.

ORNAMENTA: initiales quatuor rubrae.

LIBER TRADENS: Aa 817: Pagninus, Lucena: Epitome thessauri linguae sanctae. Rophelengii 1616.

POSSESSOR: „Bibliothecae Pestiensis ord. S. Pauli P. Eremitae sub Prioratu Augustini Szentgály 1772.”

UNA TRADITA: impr. Lat.; mss. Germ.; rationes domesticae alicuius domus religiosae.

PROVENIENTIA: incerta.

Dca In excelso, Oct. Epiph.

f 1 Dca *In excelso*; Or. *Vota quaesumus*; Ep. *Obsecro vos*; Gr. *Benedictus Dominus*; V. *Suscipiant montes*; All. V. *Iubilate Deo*; Ev. *Cum factus esset Jesus . . .* (Lc 2,42—52)

f 1' Off. *Iubilate Deo*; Secr. *Oblatum tibi*; Comm. *Filii quid fecistis*; Pcomm. *Supplices te rogamus* — In Oct. Epiph. *legatur hoc evangelium cetera omnia sicut in die*; Ev. *Vidit Johannes Iesum . . .* (Io 1,29—32)

NOTITIA: an Missale hoc olim sed Curiam vel more Franco-Romano ordinatum esset, e fragmento non liquet.

U. Fr. l. m. 170.

s. 14/15.

MISSALE PATAVIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 325 × 230 mm — binae columnae — lineae exstantes 33 — pars scripta integra 245 × 153 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: initiales decem rubrae et caeruleae alternatim.

LIBER TRADENS: Ga 4^r 117: Sigonius Carolus: De republica Atheniensium libri IIII. Bononiae 1564.

POSSESSOR: „Collegii Societatis Jesu Posony ad S. Salvatorem 1692. — Zacharias Moshocj. 1574. — M. Joh. Jacob. Helgenmeyer anno 1640.” — Glossae marginales a manu Zachariae Mosoczy et S. J. Posonien.

UNA TRADITA: impr. Lat. Vergilius: Aeneis 10, cum glossis manu scriptis.

PROVENIENTIA: orig. Austr., sed usus potest esse Poson. (cf Poss.)

Fer. V et VI pt Pasch.

Fer. V Gr. *Hec dies*; V. *Benedictus qui venit*; All. V. *In die resurrectionis*
Fer. VI Gr. *Hec dies*; V. *Lapidem quem reprobaverunt*; V. *A Domino factum est istud*; All. V. *Crucifixus surrexit*

NOTITIA: All. VV ritum Pataviensem indicant ad Gr. Fer. VI.

U. Fr. l. m. 171.

s. 14/15.

MISSALE STRIGONIENSI PROXIMUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 290 × 440 mm — binae columnae — lineae exstantes 41 — pars scripta integra 255 × 160 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: initiales 29 parvulae simplices, partim detritae seu detruncatae; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. 20/8: Homilie doctorum ecclesiasticorum in evangelia dominicalia ac temporanea . . . Pars 1—2. Lugduni 1520.

POSSESSOR: „Caspere Guerhorn — Collegy Tyrnaviensis Societatis Jesu 1624. 29. January.”

UNA TRADITA: RMK III 1208: Articuli Posonienses 1618. (fragm.)

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Petri et Pauli; De Transfiguratione

- f 1 De Petro et Paulo: Gr. *Constitues eos principes*; All. V. 1. *Tu es Petrus*, V. 2. *Beatus es Symon Petre*
f 2 De Transfiguratione: Intr. *Lux fulgebit hodie*; Gr. *Eructavit cor meum*; All. V. *Dies sanctificatus illuxit nobis*; Off. *Intonuit de celo* (non Miss. Strigon. editum) de tempore Nativ.

U. Fr. l. m. 172.

s. 14/15.

MISSALE PATAVIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 300 × 200 mm — binae columnae — lineae exstantes 26 — pars scripta non integra 260 × *170 mm, integra 260 × 174 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: initiales quinque rubrae et caeruleae alternatim; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. 49/18: Ptolemaeus, [Claudius]: Mathematicae constructionis liber I. Wittenbergae 1549.

POSSESSOR: „Pro Mathefi — Magistry Joannis Rakalussky a Magistris coll[. . .] emptus Zakolcza A° 1641. — Inscriptus Catalogo Collegy Tyrnaviensis S. J. 1681.”

UNA TRADITA: impr. Lat. chronologia historiae Europaeae 1588—1591.

PROVENIENTIA: et orig. et usus (Austr.) Germ. merid.

Petri et Pauli

- f 1 Vigil. Petri et Pauli Ev. *Dixit Jesus Simoni Petro . . . tu scis quia amo te*; Secr. *Munus populi*; Alia: *Annue nobis* [De Leone] Compl. *Quos celesti Domine*; *Deus qui animae famuli* — In die sancto: Intr. *Nunc scio vere*; Or. *Deus qui hodiernam diem . . .*
f 1' Lect. *Misit Herodes . . .* (Act 12,1—11)

NOTITIA: Missale Patavien. unice habet additam memoriam de Leone.

U. Fr. l. m. 173.

s. 14/15.

MISSALE INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 322 × 220 mm — unica columna — lineae exstantes 27 — pars scripta integra 210 × 160 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/15.

ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea, lineis adverso colore per pennam ductis ornatae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

UNA TRADITA: ms. s. 17/1: ex opere fr Gregorii Gyöngyösi Vitae fratrum Eremitarum . . . (Bibl. Univ. Budapestin. Ms Ab 151/c, cui adduntur rationes in lingua Germ. claustrum OPaul Neostadien. (Wiener Neustadt).

PROVENIENTIA: orig. incerta, usus Hung. vel Austr., cf Una tradita.

Fer. VI (pericopae: Phil 2,1—4 et Mt 19,16—21) et Dca Justus es Domine

NOTITIA: Missale olim Paulinorum fuisse, ea quae una tradita sunt arguunt quidem, sed pericopae Fer. VI alium tantum ritum permittunt, at certe non Patavien, in quo ritu ipsae lectiones occurrunt quidem, sed Ep. ad Phil. Fer. VI et Ev. Fer. IV; qui ordo inversus observatur in Salzburgen. Fragmentum Ev. non Mt sed Lc errore ascribit.

U. Fr. l. m. 174.

s. 14/15.

MISSALE

Fragm. membr. — f 1 — 245 × 165 mm — binae columnae — lineae exstantes 27 — pars scripta non integra *235 × *140 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, ind. Hung. s. 14/15.

ORNAMENTA: initiales unica rubro et viridi coloribus picta, lineis albis et lineis rubris per pennam ductis ornata, unica viridis lineis rubro colore per pennam ductis ornata, initiales tres rubrae, duae caeruleae simplices.

LIBER TRADENS: MV 38: Schwendi, Lazarus: Krieg Discurs. Frankofurt am Main 1594.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung., cf Scripturam et Librum tradentem.

Nativitas Dni (missae in aurora et maior)

Missa de Luce Ev. [*Pastores. . .*] *quod dictum erat* (Lc 2,15—20); Off. *Deus enim*; Secr. *Munera nostra quaesumus* — Missa maior Intr. *Puer natus est*

NOTITIA: ritus Missalis e textibus, qui supersunt, erui iam nequit.

U. Fr. l. m. 175.

s. 14/15.

MISSALE INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 270 × 190 mm — binae columnae — lineae exstantes 22 — pars scripta integra 175 × 135 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: initiales 14 rubrae; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. s.a. 67: Maillardus, Oliverus: Opus quadragesimale . . . Parisiis 1507. (?)

POSSESSOR: „Conventus Sanctae Catharinae [OMin].”

UNA TRADITA: RMNY 837: Pécsi Lukács kalendariuma.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung. (Cf Poss. et Una tradita.)

Invent. Steph. protom. — Vigil. Laurentii

Invent. Steph. protom. Coll. *Deus qui es sanctorum*; Secr. *Munera tibi*; Compl. *Sumpsimus Dne* — Osvaldi Coll. *Ops s D qui beato Osvaldo*; Secr. *Laudis tue*; Compl. *Precibus martiris* (non Strigon.) — Sixti — Felicis — Agapiti: Coll. *Deus qui nos concedis* — Secr. *Munera tibi*; Compl. *Presta nobis Domine* — Ciriaci et soc.: Secr. *Accepta sit*; Compl. *Quesumus Domine Deus noster* (non Strigon.) In Vigil. Laur.: *Dispersit dedit*; Coll. *Adesto Domine*; Gr. *Dispersit*; V. *Potens in terra*; Off. *Oratio mea*

f 1 in superiore margine: *Deus qui ad declarandam gloriam Genitricis tuae* (S. Maria de Nive)

f 1' in inferiore margine: *Nota, missa de Transfiguratione Domini Lux fulgebit per totum*; Gr. *Speciosus forma*; All. V. *Deus sanctificatus*; Prosa *Primo hominum factae*; Off. *Portas celi aperuit*; Comm. *Revelabitur gloria*

NOTITIA: ritus manet incertus, ordinatione textuum visis libris Strigon. impr. in aliud concludi, non permittente.

U. Fr. l. m. 176.

s. 14/15.

MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi duo media folia — 255 × 463 mm — binae columnae — lineae exstantes 29 — pars scripta non integra *220 × 190 mm, integra 260 × 190 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: initiales 28 maiores, 7 simplices rubrae, partim detritae; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. 07/31: [Vicostadius, Janus]: Discursus pro trium legum naturalium . . . Wittebergae 1507.

POSSESSOR: „Ex bibliotheca Ecclesiae Poseniensis Germanicae Evang. — Coll. Societatis Jesu Posony ad S. Salvatorem 1670.”

UNA TRADITA: in folio praeligato inspiciuntur insignia regni Bohemiae et ducatus Silesiae (?) et alia arma cum effigie cuiusdam regis vel ducis et duae maiusculae T et M.

PROVENIENTIA: orig. Morav., usus Poson.

Johannis ev. — In Vigil. Epiphaniae

- f 1 Joh. ev. Comm. *Exiit sermo*; Compl. *Beati Johannis evangeliste* (non Patavien.) — Innocentium Intr. *Ex ore infantium*; Or. *Deus, cuius hodierna die*; Ep. *Vidi supra montem Sion* (Apc 14,1—5); Gr. *Anima nostra*; V. *Laqueus contritus*; V. *Te martirum candidatus laudat*; Sequ. *Laus tibi Christe Patris* (Ch 10548)
- f 1' Ev. (*Angelus*) *Domini apparuit* (Mt 2,13—18); Off. *Anima nostra*; Secr. . . . *martirum tuorum festivitate* (non Patav.); Comm. de BMV; Dca in oct. Nativ. Intr. *Dum medium silentium*; Ps. *Dominus regnavit* etc.
- f 2 In Circumcis. Intr. *Vultum tuum*; Or. *Deus qui [salutis]*; Ep. [*Priusquam venire fides. . .*] *Itaque lex pe[dagogus]* (Gal 3,23—4,2); Gr. *Diffusa est gratia*; All. V. *Post partum*; Sequ. *Eya recolamus* (Ch 5323); Ev. *Postquam consummati* (Lc 2,21); Comm. *Simile est r. c. homini*; Compl. *Hec nos Domine* — In Vigil. Epiph.

U. Fr. l. m. 177.

s. 14/15.

MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 350 × 488 mm — binae columnae — lineae exstantes 33 — pars scripta integra 243 × 168 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Hung. s. 14/15.

ORNAMENTA: initialis unica caerulea, lineis rubro colore per pennam ductis ornata, initiales septem rubrae et caeruleae.

LIBER TRADENS: M 287; Agricola, Georgius: *De re metallica libri XII*. Basileae 1621.

UNA TRADITA: impr. Lat.-Germ. (phrases seu dictionis formae).

PROVENIENTIA: incerta, sed liber tradens eam Hung. esse non vetat.

Andreae, Barbarae, Agathae, Scholasticae, Sotheris

- f 1 Andreae in die sancto Intr. *Michi autem*; etc. Barbarae: Intr. *Gaudeamus omnes*.
- f 2' Agathae: All. V. *Egregia sponsa Christi*; Ev. *Simile est r. c. decem virginibus* (Mt 25,1—13); Off. *Offerentur*; Secr. *Suscipe munera*; Comm. *Qui me dignatus*; Compl. *Beatae Agathae martiris* — Scholasticae; Sotheris

NOTITIA: ob memoriam Sotheris virg. excluduntur Strigon., Quinqueecl., Coloc., Zagrabien., OPaul, Patavien.

U. Fr. l. m. 178.

s. 14/15.

MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 180 × 258 mm — binae columnae — lineae exstantes 10 — pars scripta non integra *85 × 165 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: initialis unica rubra, unica caerulea, paragraphus in rubro et caeruleo; rubricae.

LIBER TRADENS: RMK I 56: Szenci Molnár Albert: *Novae Grammaticae Hungaricae* . . . libri duo. Hannoveriae 1610.

POSSESSOR: „Monasterij Rhemetensis. Cathalogo Inscriptus Anno domini 1663.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Dca Circumdedederunt

Ev. [*Simile est r. c. homini . . .*] *singulos denarios* (Mt 20,1—16);
Comm. *Illumina faciem* — Fer. IV: Ep. *Festinemus ingredi* (Hbr 4,11—16) Ev. *Egressus Jesus ibat per Galileam* (Mc 9,29—30.)

NOTITIA: pericopae Fer. IV assignatae in libris OPaul impressis iam non inveniuntur, at in saeculis traditionis manuscriptae, legi poterant; unde Missale respectu habito ad poss. OPaul dici potest.

U. Fr. l. m. 179.

s. 15/1.

MISSALE

Fragm. membr. — f 1 — 280 × 185 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta non integra *255 × *145 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: initiales duae rubrae et una caerulea simplices, detruncatae.

LIBER TRADENS: Bc 269: Wilhelm, Egon Josephus: *Introductio in universum ius* . . . Salisburgi 1697.

POSSESSOR: „Ex donatione Lauchesiana Bibliotheca Nostrensis OPaul 1768.”

PROVENIENTIA: incerta (Hung.?) v. Docum. Artis Paulinorum.

Fer. II, III pt Dcam Resurrexi

Fer. II Ev. Luc. [*Exeuntes duo ex discipulis . . .*] *O stulti et tardi . . .* (Lc 24,[13—25]25—32)

Fer. III Intr. *Aqua sapientiae*; Or. *Deus qui ecclesiam*

NOTITIA: ritus e textibus clarius non apparet: „donatio Lauchesiana” intelligenda est de libris a canonico C. E. Vaciensis (1728—1767) Francisco Lauchas monasterio Maria Nostra (OPaul) concessis (Chobot: II. 822.); a. 1768. bibliotheca 900 voluminum Fr. Xav. Lauchas episcopi electi et can. C. E. Vaciens. monasterio dicto donatur; Documenta Artis Paulinorum II 129., 131.

U. Fr. l. m. 180.

s. 15/1.

MISSALE OCarth

Fragm. membr. — f 2, fasciculi primum et ultimum folium — 228 × 368 mm — unica columna — lineae exstantes 23 — pars scripta non integra *205 × 175 mm, integra 272 × 175 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: initiales sex rubrae et caeruleae.

LIBER TRADENS: Bg 37: Mayr, Carol: Breves et speciales seu singulares quaedam quaestiones . . . in artis notariatus introductionem. Constantiae 1602.

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Posony ad S. Salvatorem 1692.”

PROVENIENTIA: orig. incerta, usus potest esse Hung.

Calendarium OCarth

Marcus: Thomae de Aquino conf. (nigro); Gregorii pape et conf. XII Lect. Capitulum; Benedicti abb. XII Lect. Capitulum Candelarum; Aprilis: Ambrosii eps et conf. XII Lect. Capitulum non conversis; Tiburcii, Valeriani et Maximi martyrum

NOTITIA: Ritus OCarth gradus festorum denotant.

PUBL.: Fodor, A.: Die Bibliothek der Karthause Lechnitz in der Zips vor 1500. Armarium, 50.

U. Fr. l. m. 181.

s. 15/1.

MISSALE

Fragm. membr. — f 1 — 156 × 233 mm — binae columnae — lineae exstantes 15 — pars scripta non integra *130 × 180 mm, integra cca 300 × 180 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Hung. s. 15/1.

ORNAMENTA: initiales tres rubrae et caeruleae lineis adverso colore per pennam ductis ornatae, maiusculae vocis incipientis in rubro.

LIBER TRADENS: RMK III 234: Pareus, Jo[hannes] Philippus: Delitiae poetarum Hungaricorum (Jani Pannonii, Georgii Thurii, Joannis Sommeri, Joannis Filiczki poemata). Francofurti 1619.

POSSESSOR: „Emerici Tellka 1842.”

UNA TRADITA: ms. Germ.: exegesis Bibl.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Ascensio Dni et Dca Exaudi

- f 1 Lect. [*Primum quidem . . .*] baptizimini (Act 1,1—11); Ev. [*Recumbentibus . . .*] incredulitatem eorum . . . (Mc 16,14—20)
f 1' *Infra actionem: Communicantes . . .*; Lect. *Estote prudentes* (I Pt 4,7—11)

NOTITIA: ritus e textibus, qui supersunt, non apparet.

U. Fr. l. m. 182.

s. 15/1.

MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 1+1 — 145×210 et 145×223 mm — binae columnae — lineae exstantes 16 — pars scripta non integra *123×185 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: initiales decem rubrae et caeruleae alternatim, partim detruncatae; rubricae subductae; numerus paginae in rubro.

LIBER TRADENS: Ga 4^r 521: Quadratinus Fabian: Speculum pietatis. Brunsbergae 1605.

POSSESSOR: „Petrus Delene Anno Domini 1621. — Adm. Reverendus Dominus Nicolaus Sarcander Sereniss. Archiducis Leopoldi Consiliarius Argentinensis Senior SS. Petri et Pauli et Neovillarien. canon. per R. D. Joannem Sarcanderum Artium ac Philosophiae Doctorem nec non Ecclesiae Zdonecensis (Zdounek) Parochichum RR. PP. Societatis Jesu Teshinensi Ecclesiae excolendae laborantibus AD 1614. — Catalogo inscriptus P. P. Societatis Jesu Teshinii . . . (Teschen, cf Žak, 235.) folio 33. 1 die Novembris Anno 1614. — Collegij Tyrnaviensis [1638.]”

UNA TRADITA: impr. Bohem.

PROVENIENTIA: cf Poss.

Dedic. Eccl., Sabb. in XII lect. Sept.


f 1 Scholasticae Mg A. *Sanctimonialis autem femina*; Cathedrae Petri A. super Pss in I Vesp. *S[olve iubente Deo]*

f 1' Mg A. [*Simon Bariona . . .*] *pulsantibus aperi, supra modum peccavimus omnes dimitte septuagies septies*; Invitatorium in folii parte iam decisa

NOTITIA: talis ordinatio textuum ritui Strigonien. convenit.

U. Fr. I. m. 226.

s. 14/15.

ANTIPHONALE STRIGONIENSE ?

Fragm. membr. — f 1 — 220 × 165 mm — unica columna — lineae exstantes 5 — pars scripta non integra *170 × *110 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

NOTATIO: Metensis posterior super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una rubra detruncata, quattuor nigrae, lineae in rubro duplicatae.

LIBER TRADENS: RMK II 182 (2 exempl): Betlen, Joannes: Rerum Transylvanicarum libri quattuor. [Szeben] 1663.

POSSESSOR: „Hunc libellum dono accepi ab Egregio Domino Andrea Demetrio Transylvane. Anno 1665. die 16. decembris Bartphae — Francisci Perten[sis].”

UNA TRADITA: fragmentula mss. Germ., Lat., Hung.
PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Tempore Quadragesimae

f 1 Dca III Quadragesimae R. 9. [*Nuntiaverunt Jacob . . .*] in tota terra
f 1' Fer. II pt Dcam III ad Mg A. [*Jesus autem . . .*] medium illorum — Fer.
III ad Bn A. [*Ubi sunt duo . . .*] in nomine; Ad Mg A. *Non dico tibi* —
Fer. IV ad Bn A. *Audite et intelligite*

NOTITIA: Antiphonale concordat cum Antiphonali Albensi, Praemonstratensi et Hierosolymitanae Ecclesiae (Johann. etc.), sed non Strigoniensi recentioris formae (s. 15). Maioris momenti est convenientia cum Albensi, quod testimonium consideratur usus Ecclesiae Hungariae (Strigon.) antiquioris; (v. Introductionem) quae in provincia Colocensi et Bachiensi et sic etiam in dioec. Transsilvana (cf Possessorem) usu mansisse videtur, valet.

U. Fr. l. m. 227.

s. 15/1.

ANTIPHONALE CISTERCIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 200 × 325 mm — unica columna — lineae exstantes 4 — pars scripta non integra *160 × 230 mm, integra cca 310 × 230 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Hung. s. 15/1.

NOTATIO: quadrata supra quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una rubra lineis caeruleo colore per pennam ductis ornata, duae nigrae cum lineis in rubro duplicatae.

LIBER TRADENS: Vet. 36/53: ERASMUS, ROT[ERDAMUS], DES[IDERIUS]: Ecclesiastes sive de ratione concionandi libri quatuor . . . Basileae 1536.

POSSESSOR: „Collegij Societatis Jesu Posony ad S. Salvatorem 1672. — M. Bernardinus Stainer” — in Una traditis: „Urbin Türckisches Stadtbüchlein 1664.”

UNA TRADITA: fragm. mss. Germ. cum notis.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

In conversione Pauli

f 1 R. 6. [*Cum autem placuit . . .*] utero matris mee; V. *Continuo non ad[quievi]*

f 1' R. 7. [*Reposita est*]; V. [*Scio cui*] credidi; R. 8. *Saulus autem magis*; V. *E[t continuo]*

NOTITIA: Responsoria prolixa, quae in fragmento reperiuntur, tali ordine tantum usus Cisterciensis exhibet.

U. Fr. l. m. 228.

s. 15/1.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 188 × 105 mm — unica columna — lineae exstantes 10 — pars scripta non integra *173 × *80 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Germ. s. 15/1.

NOTATIO: gothica Germaniae primaeva super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales tres rubrae et caeruleae alternatim, una detruncata.

LIBER TRADENS: Ga 205: Spenerus, Philippus Jacobus: Vitae palmitibus generosis . . . sive sylloge genealogico-historica . . . Europae stirpium . . . Argentorati 1665.

POSSESSOR: „Inscriptus Catalogo Librorum Collegii Tyrnaviensis S. J. 1760” — „Ad me Godefridum Leopoldum de Gatterburg Viennae 6. octobris 1691 . . . una cum actis publicis M. G. (?)”

PROVENIENTIA: Austr. (?)

pro ecll. sub patrocinio Petri

f 1 „*Hic incipiunt suffragia de sancto Petro*” — [*Quod*]cumque ligaveris
f 1' [*Ego pro te . . . de*]ficiet fides tua; *T[u es Petrus] et super hanc*

NOTITIA: ritus certo modo statuere non potuimus, sed agi de ecclesia sub patrocinio S. Petri suffragia de Archiapostolo docent.

U. Fr. l. m. 229.

s. 15/1.

ANTIPHONALE ZAGRABIENSE VEL COLOCENSE

Fragm. membr. — f 1 — 155 × 255 mm — unica columna — lineae exstantes 2 — pars scripta non integra *110 × 155 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Hung. s. 15/1.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una rubra.

LIBER TRADENS: Ae 4^r 340: Paolacci, Domenico: Pensieri predicabili sopra tutti gl' Evangelii . . . Venetia 1641.

POSSESSOR: „Conventus Pestiensis ordinis Praedicatorum — Ex bibliotheca F. Petri Kalziz ord. praed. — . . . fratris Marci Zenkóczy ord. praed.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung. (?)

Infra Oct. et ipsa Oct. Epiph.

f 1 A. [*Bap*]tizat miles regem
f 1' AA [*Veterem hominem . . . incor*]ruptibili veste; *Te qui in spiritu*

NOTITIA: A. „Baptizat miles” ad Mg in I Vesp. Oct. Epiph. in Brev. Zagrabien. legitur, post lectiones autem matutinales sequuntur AA Laudum: „Veterem hominem”, „Te qui in spiritu” etc. Talis ordinatio antiphonarum, in eodem recto et verso folio, libri antiphonalis maioris licet formae, sed bene potest esse. Ast textus fragmenti nostri hoc modo nullibi, nisi in Zagrabien. vel Coloc. usu invicem subsequuntur.

U. Fr. l. m. 230.

s. 15/1.

ANTIPHONALE INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 162 × 260 mm — unica columna — lineae exstantes 6 — pars scripta non integra *140 × 190 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/1.

NOTATIO: mixta quadratas influxum Bohemicum monstrans super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales quinque rubrae et caeruleae alternatim; rubricae.

LIBER TRADENS: Db 70: Afformismi domini Ypocratis cum tribus libris prognosticorum eiusdem. s. l. a.

POSSESSOR: „Michael Tumschütz Anno 1613. — Hic liber est datus pro Monasterio S. Wolfgangi fratrum S. Pauli primi (prope Sopronium) a patre fratre Nicolao Lotharingo eiusdem ordinis Anno 1639, Cathalogo inscriptus sub № 31.”

PROVENIENTIA: ut videtur, extra Hung. (Austr.?)

Dcae pt Trinit.

f 1 Dca V pt Trin. A. *Dixit autem Dominus* — Dca VI pt Trin. AA *Amen amen dico vobis; Auditis quia dictum*

f 1' Dca VII pt Trin. AA *Precepit Jesus; Accipiens Dominus septem panes; Erant [autem]*

NOTITIA: series antiphonarum maiorum, quae hic recensentur, convenit quidem ritui Franco-Romano, sed ab usu Strigon. differt; qua re et indole scripturae visa codicem olim forsitan in Hungaria occid. in usu fuisse, sed certe non ibi originem duxisse puto.

U. Fr. l. m. 231.

s. 15/1.

ANTIPHONALE CISTERCIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 325 × 245 mm — unica columna — lineae exstantes 9 — pars scripta integra 290 × 197 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/1.

NOTATIO: Metensis in gothicam tendens primaeva super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una caerulea lineis rubro colore per pennam ductis ornata, initiales quinque rubrae et caeruleae alternatim, quinque nigrae cum lineis in rubro duplicatis.

LIBER TRADENS: Hb 4^r 140: Euripides: Phoenissae, seorsim in usu Graece expressae. [Rostock] 1568.

POSSESSOR: Coll. S. J. Soproniense ?

PROVENIENTIA: incerta.

Conversione Pauli Ultimae RR ad Vigilias et A super Laudes et Cap. et AA ad horas minores cum V.

NOTITIA: si unquam de Coll. S. J. Sopronien., qua possessore libri tradentis constare possit, via fragmenti eadem esset, quam Missale Conv. OCist de abbatia Porno proveniens nobis monstravit. Sed etiam hoc tantum ad usum codicis deperditi, nam originem in Germania quaerere maluerim, unde cca 1480. in Hungariam venientes monachi abbatias cistercienses in hoc regno quasi emortuas suscitare tentabant.

U. Fr. l. m. 232.

s. 15/1.

ANTIPHONALE SEU VESPERALE STRIGONIENSE SEU AGRICENSE AD USUM PAROCHIALEM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 380 × 575 mm — lineae exstantes 11 — folii pars scripta integra 305 × 205 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

NOTATIO: Metensis fere gothica in cursivam tendens super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales 12 nigrae cum lineis in rubro duplicatis, sex rubrae et caeruleae simplices; rubricae.

LIBER TRADENS: Litterae Cehales (collegiorum opificum) LIV. 3. № 27: Articuli cehales Rotarii. 3. Meczenzêfienses 1665.

PROVENIENTIA: E pago Mecenzéf supra Castrum Jászó sito in comitatu Abaujvariensi. Litterae enim cehales artificum in quarum compacturam fragmentum inservit, dicto pago addictae sunt. Sed superior Mecenzéf ad praeposituram regalem de Castro Jászó OPraem et consequenter iurisdictioni Strigoniensi, inferior vero dioecesi Agriensi adnumerabatur. Inde dicendum Strigoniense vel Agriense vesperale nostrum fuisse.

Officium rhythmicum S. Thomae Cantuariensis

- f 1 I Vesp. Super Pss A. *Pastor cesus*; R. *Iacet granum opressum palea*; V. *Cadit custos*; H. *Deus tuorum*; V. *Gloria et honore*; Ad Mg A. *Felix locus felix ecclesia* — II Vesp. Super Pss A. *Granum cadit copiam germinat*; Pss *Ad te levavi*, *De profundis*, *Ad Dominum cum tribularer*, *Beatus vir*, *Credidi*; R. *Iacet granum* (inc.); Ad Mg A. *Salve Thoma virga iusticie*
- f 2 Dcae pt Epiph.

NOTITIA: non est praetermittendum, quod psalmi in utrisque Vesperis sub unica antiphona canebantur, quod, ut notum est, ritui OPraed convenit, sed in nostro fragmento psalmi praescripti illi sunt, qui in usu Hungarico occurrunt; unde, si supponi liceat, in illa ecclesia parochiali, de qua supra, Vesperae modo simpliciori, psalmos unico tono canendo peractae sunt, forse ne scholares tonos per singulos psalmos mutando graventur.

U. Fr. l. m. 233.

s. 15/m.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 222 × 263 mm — unica columna — lineae exstantes 5 — pars scripta non integra *177 × 200 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una rubra, una caerulea; rubricae.

LIBER TRADENS: Ab 4^r 97: Brisous, Richardus: Veritates aureae S. R. Ecclesiae auctoritatibus veterum omnium patrum . . . Duaci 1616.

POSSESSOR: „Collegii S. Caroli Salisburgensis 1657.”

UNA TRADITA: impr. Lat.: Apologia . . . de translatione imperii romani . . . Posnan 1600.

PROVENIENTIA: Austr. (?)

De Conversione Pauli; Purif. BMV

- f 1 Ad Laud. A. 4. [*Damasci praepositus . . .*] *a fratribus*; A. 5. *Deus et pater Domini*; H. *Doctor egregie* (Ch 4791); V. *Annuntiaverunt*; Ad Bn A. *Vos qui secuti estis*; Ad Mg A. *O gloriosum*
- f 1' Complet. A. *Cum iocunditate*; H. *Quod chorus* (Ch 16881); Invit. *Ecce venit*; H. *Quem terra* (Ch 16347)

NOTITIA: et ordinatio et delectus textuum similitudinem prae alios habet cum ritu OPraem, sed non sunt omnino eadem.

U. Fr. l. m. 234.

s. 15/m.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 510 × 348 mm — unica columna — lineae exstantes 7 — pars scripta integra 360 × 230 mm — TAB. XL.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/m.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas (C claves).

ORNAMENTA: initialis „D” in rubro frondibus et lineis caeruleo colore per pennam ductis ornata, 14 initiales rubrae et caeruleae alternatim; rubricae.

LIBER TRADENS: Ab 135 (ms): Elogia reverendorum patrum et fratrum Societatis Jesu collecta ab anno 1676[—1730] Viennae etc.

POSSESSOR: v. titulum Libri tradentis.

UNA TRADITA: calendarium Germ. anno 1676.

PROVENIENTIA: orig. incerta, usus Austr. vel Hung.

Dca III in Quadr.

f 1' Invit. *Venite adoremus Dominum*; R. 1. *Dum Joseph fratres suos*

NOTITIA: nec Invit. nec Nocturnorum R. 1. talia initia in libris rituum, qui in Hung. medii aevi olim usitati nobis innotuerunt, inveniuntur.

U. Fr. l. m. 235.

s. 15/m.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 258 × 160 mm — unica columna — lineae exstantes 6 — pars scripta non integra *213 × *120 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales tres nigrae, una detrita; rubricae.

LIBER TRADENS: 017317: Seyfried, Johann Heinrich: *Poliologia, das ist Accurate Beschreibung aller vornehmsten Städte ... Nürnberg 1734.*

POSSESSOR: „Bibliotheca Canisch. (Nagykanizsa OMin) 1765” — sigillum: „Népkönyvtári Központ.”

PROVENIENTIA: Cultus S. Lauriani episcopi et martyris, ut videtur, tantum in Francia sub Ligerim et in Hispania vigeat. Cum his regionibus tamen Hungaria et provinciae adiacentes, quasi nullum commercium habuissent, excepto si vis Ordine Hospitalario S. Antonii, cuius sedes in Delphinatu exsistebat. Antoniani Ordinis aliquot domus etiam in Hungaria medioevali notae sunt. Hermann: 148.

Historia de Lauriano

Laudemus Domi[num . . .] qui solum bituricum . . . beatus Laurianus ad

. . .

NOTITIA: Martyrologium 4. Iul.: „In territorio Bituricensi sancti Lauriani Episcopi Hispalensis et Martyris cuius caput Hispalim in Hispania delatum est.”

U. Fr. I. m. 236.

s. 15/m.

ANTIPHONALE STRIGONIENSE

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — f 1 310 × 222 mm, f 2 423 × 315 mm — unica columna — lineae exstantes 9 — pars scripta integra 395 × 250 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/m.

NOTATIO: gothica Germaniae super quinque lineas.

ORNAMENTA: initiales duae nigrae cum lineis in rubro duplicatis et lineis nigro colore per pennam ductis ornatae, duae nigrae, lineae in rubro duplicatae, septem rubrae et caeruleae; rubricae; orig. Hung.

LIBER TRADENS: ignoscitur, sed in fragm. legitur: „Regestrum Maius Claustrum Vet. Anni 1659. — Caps. 23. Eccl. fasc. 2. № 244.” — „Biro Miklós Soboni (!) Jobbagy aki vagyok 42 esztendeje hogy jobbagya a nemes káptalannak . . .” et nominantur alii rustici Hung. in pagis ad dominium Cap. E. M. Strigon. (olim abbatiae S. Benedicti) pertinentibus degentes.

POSSESSOR: fragm. emptum est anno 1961. — Ex Archivo Privato Cap. E. M. Strigon. dispersum.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

In Epiphania et in Communi Virginum

f 1 R. br. ad. IX *Omnes gentes*; Ad II Vesp. AA *Ante luciferum*; *Venit lumen tuum*; *Apertis thesauris*; *Vidimus stellam eius* — Fer. II *Invit. Christus apparuit*

f 2 *Commune Virg. III Noct. RR Simile est . . . decem virginibus*; *Dilexisti*; *Specie tua*

U. Fr. I. m. 237.

s. 15/m.

ANTIPHONALE MONASTICUM

Fragm. membr. — f 1 — 193 × 415 mm — unica columna — lineae exstantes 3 — pars scripta non integra *193 × 275 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda formata s. 15/m.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales una rubra et una caerulea lineis nigro colore per pennam ductis ornatae.

LIBER TRADENS: 013483: Eitzen, [Paul von]: Ethicae doctrinae libri quatuor ... Wittebergae 1571.

POSSESSOR: „Sigismundi Nostij Pannonij — Domus Vacienſis Scholarum Piarum” — sigillum: OSzK (Bibl. Nat. Széchenyi).

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Hung.

Commune Virginum

f 1 [*pro*]cede et regna; R. *Pulchra facie et pulchrior fide*;

f 1' V. [*Specie tua . . .*] *intende prospere procede et regna*; Ad Laud. A. *Hec est virgo*

NOTITIA: R. ultimum sive nonum sive duodecimum Communis Virginum „Pulchra facie” nullibi inveni cum V. Specie tua; in Brev. S. Justinae (OSB) cum V. *Sp̄cie* „Propter veritatem” et „Veni electa mea” legitur. Hac de ratione antiphonale et usui monastico et, ni fallor, traditioni Italo-benedictinae adiudicandum erit. Re sic perpensa in fragmento e duobus ultimis RR Communis Virginum hic opinari possunt „Propter veritatem” V. „Specia tua” vel „Veni electa mea” V. idem, et ultimum R. erit „Pulchra facie” cum V. eodem; quod R. cum V. etiam in Lucensi (Paléogr. Music. VII) occurrit, sed in alio loco historiae.

U. Fr. I. m. 238.

s. 15/2.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — 242 × 185 mm et 55 × 185 mm — unica columna — lineae exstantes 9; 2 — pars scripta integra 185 × 127 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.

NOTATIO: gothica Germaniae super quattuor lineas rubras.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae, duae nigrae lineis nigro colore per pennam ductis ornatae et cum lineis in rubro duplicatis.

LIBER TRADENS: Ad 4^r 93.: Apologia auctior, pro Societate Jesu ex Boemia, et Moravia . . . Ingolstadii 1619.

POSSESSOR: „Collegij Tyrnaviensis 1725.”

PROVENIENTIA: incerta.

Pent.; Johannis Baptistae

- f 1 A. *Veni sancte Spiritus; In Ev. Non vos relinquam; Invit. Alleluia Spiritus Domini*
f 1' I Noct. AA *Factus est repente; Confirma hoc Deus; Emitte spiritum; R. Dum complerentur*
f 2 R. *Descendit angelus Domini ad Zachariam*

NOTITIA: etsi ritus modo magis certo determinari non potest, A. tamen „Veni S. Spiritus” super psalmos I Vesp. Pent. textus non secundum usum Curiae selectos et ordinatos esse clare monstrat.

U. Fr. I. m. 239.

s. 15/2.

ANTIPHONALE MONASTICUM

Fragm. membr. — f 1 — 403 × 250 mm — unica columna — lineae exstantes 8 — pars scripta non integra 300 × *187 mm, integra 302 × 195 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales tres rubrae una nigra; rubricae.

LIBER TRADENS: P. 602 (79/XVII)1. . . Diarium Europaeum . . . Berlin 1666.

POSSESSOR: „Ab illustrissima familia C. de Nádasd (!) 1767: Vath V. Resid. ad S. fontem O.S.B.V.M. donatus.”

UNA TRADITA: cf Fr. I. m. 28.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Commune plurimorum Martyrum

A. [*Sancti qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem assumment pennas ut aquilae vol]abunt et non deficient; Ps. D[omini est terra]; R. 1. Absterget [Deus]; V. Non esurient; R. 2. Viri sancti gloriosum; V. Unus [spiritus]*

NOTITIA: talis ordinatio textuum in Breviario monastico S. Justinae etiam in Hungaria noto reperitur.

U. Fr. I. m. 240.

s. 15/2.

ANTIPHONALE ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 533 × 380 mm — lineae exstantes 7 — pars scripta integra 415 × 255 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales quattuor nigrae lineis rubro colore per pennam ductis ornatae, ex quibus altera viridi colore ornata, altera detrita; una caerulea lineis rubro colore per pennam ductis ornata.

LIBER TRADENS: 901902: Rhodiginus, Ludovicus Caelius: Lectionum antiquarum libri triginta . . . [Francofurti] 1599.

POSSESSOR: „Ex Bibliotheca M. Abrahae Lindneri” — sigillum: OSzK (Bibl. Nat. Széchényi).

PROVENIENTIA: incerta. (Germ. ?)

In festis BMV ad Matut.

U. Fr. l. m. 241.

s. 15/2.

ANTIPHONALE ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 350 × 260 mm — unica columna — lineae exstantes 7 — pars scripta non integra *350 × *240 mm, integra 355 × 245 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales duae rubrae, una caerulea, una nigra, partim detritae et detruncatae.

LIBER TRADENS: RMK I/7 a: Melius Juhász Péter: Az Szent Janosnac tött ielenesneç igaz es iras szerint valo magyarazasa . . . Varadon 1568.

POSSESSOR: „Mattias (!) Vasarhelj Allias (!) Nagy Dono dedit M[aros] Vasarhel’ — Michaelis Pap Szatmár 1799. Ladislaus Balog anno 1799.”

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Hung.

Johannis ev.

AA Hic est discipulus ille; Hic est discipulus meus; [Sunt] de hinc stantibus; Ecce [puer] meus — sine not. Cap. Qui timet Deum; H. Exultet; V. Hic est discip.; Ad Bn A. Iste est Iohannes — Ad Mg A. Exiit sermo

U. Fr. l. m. 242.

s. 15/2.

ANTIPHONALE ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 533 × 355 mm — unica columna — lineae exstantes 7 — pars scripta integra 365 × 245 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/2.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis unica rubra simplex.

LIBER TRADENS: Ga ivr. 123: [Heinsius, Daniel: Panegyricus de Gustavo Adolpho s. l. 1630.]

PROVENIENTIA: incerta (liber initio mancus est).

Dca Palmarum

R. 3. V. [*Recorda*]re quod steterim; R. 4. *Conclisit vias meas inimicus*

NOTITIA: series responsoriorum est Brev. scd Curiam Romanam.

U. Fr. l. m. 243.

s. 15/2.

ANTIPHONALE OPraed

Fragm. membr. — f 1 — 470 × 320 mm — unica columna — lineae exstantes 8 — pars scripta integra 415 × 245 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Hung. s. 15/2.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales una rubra, una nigra.

LIBER TRADENS: Vet. 49/45: [Aetius Amidenus]: *Contractae ex veteribus medicinae tetrabiblos* . . . Basileae 1549.

PROVENIENTIA: incerta forsitan ex indole script. Hung.

Dca III Sept. (Historia Tobiae)

R. 1. [*Peto, Domine* . . .] *quia eruis sustinentes*; V. *Omnia [enim] iudicia*; R. 2. *Omni tempore benedic*; V. *Inquire ut facias*; R. 3. *Tempus est ut re[vertar]*

NOTITIA: ordo responsoriorum sequitur Breviarium OPraed.

U. Fr. l. m. 244.

s. 15/2.

ANTIPHONALE ROMANUM

Fragm. membr. — ff 3 — f 1 280 × 410 mm, f 2 283 × 410 mm, f 3 555 × 413 mm — unica columna — lineae exstantes 6—12 — pars scripta integra 400 × 285 mm — TAB. XLI.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, ind. Ital. s. 15/2.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: „G, T, H” initiales caerulei, purpurei, rubri, rosei, albi aureique colorum, lineis per pennam ductis et foliis acanthi ornatae, alia detruncata, initiales 12 nigrae lineis nigro colore per pennam ductis ornatae, una nigra. quinque rubrae vel violaceae et caeruleae lineis adverso colore per pennam ductis ornatae.

LIBER TRADENS: G 147/a I—IV (ms): Jankovich, Nicolaus: Analectorum historicorum. Rerum Hungaricarum. (s. 19.)

PROVENIENTIA: orig. Ital., usus Hung.

In Nativitate BMV — In Exaltatione S. Crucis

AA et RR Brev. scd Curiam Romanam sequentia

NOTITIA: primum tamen R. In Exaltatione Crucis: „Tropheum crucis.”

U. Fr. I. m. 245.

s. 15/2.

ANTHIPHONALE CISTERCIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 285 × 470 mm — unica columna — lineae exstantes 5 — pars scripta non integra *285 × 375 mm, integra 555 × 375 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Hung.? s. 15/2.

NOTATIO: gothica posterior super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una rubra lineis nigro colore per pennam ductis ornata, tres nigrae lineis nigro colore per pennam ductis ornatae.

LIBER TRADENS: Hc 4^r 156: Dictionnaire français — allemand — italien . . . Francfurt s. a.

POSSESSOR: „Missionis Beliensis S. J. — Domenico [!] Drascich.”

UNA TRADITA: impr. Germ.: „Keyser-chronica”.

PROVENIENTIA: Hung.(?), cf Scripturam.

Commune Confessorum

R. 3. V. *Dixit Dominus*; R. 4. *Iste sanctus*; V. *Vinculis carnis*; V. *Amavit eum Dominus*; R. 5. *Posui adiutorium*

NOTITIA: series RR est eadem ac in usu Cisterciensi tantum versiculus ante lectiones differt.

U. Fr. l. m. 246.

s. 15/2.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 220 × 230 mm — unica columna — lineae exstantes 6 — pars scripta non integra *220 × 230 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, ind. Germ. s. 15/2.

NOTATIO: Metensis in gothicam tendens super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una rubra, duae caeruleae detritae; rubricae.

LIBER TRADENS: Bc 19: Alciatus, Andreas: De verborum significatione libri IIII. Lugundi 1581.

POSSESSOR: „Collegy Societatis Jesu Posony Ad S. Salvatorem 1692.”

PROVENIENTIA: Germ. merid, sive Austr.?

Sabbato pt III Dcam in Quadr.

Ad Bn A. *Inclinavit*; Ad Vesp. R. *Stetit Moyses*; Ad Mg A. *Nemo te condemnavit*; Dca IV *Invit. Populus Domini*; V. *Videns vidi*

NOTITIA: e textibus, qui in fragmento remanserunt, ritus, cui Antiphonale inserviebat, erui nequivit; certum est tamen illum non esse alicuius usus in Hungaria noti (nec etiam Pataviensis). Maxime appropinquat Brev. Salisburgiensi, differt tamen locus R. „Audi Israel.”

U. Fr. l. m. 247.

s. 15/2.

ANTIPHONALE STRIGONIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 458 × 315 mm — unica columna — lineae exstantes 8 — pars scripta non integra *360 × 245 mm, integra 387 × 245 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.

NOTATIO: gothica Germaniae super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales duae nigrae lineis nigro colore per pennam ductis ornatae, duae rubrae.

LIBER TRADENS: Ga 4^r 953: Epithalamium symbolicum ... Ferdinando III et ... Mariae ... dedicatum. s. l. 1731.

POSSESSOR: „Collegy Posoniensis Societatis Jesu 1636.”

UNA TRADITA: impr. Germ.: Praedicationes, impr. Lat.: Nicolai de Lyra Postilla Bibliae.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Officium Johannis Baptistae

R. 7. [*Precursor Domini . . .*] *inter natos*; V. *Ipse preibit*; R. 8. *Gabriel archangelus*; V. *Erit enim magnus*; R. 9. *Inter natos*; V. *Fuit homo*

NOTITIA: Antiphonale scd chorum eccl. Strigon. scriptum esse series responso-
riorum docet.

U. Fr. l. m. 248.

s. 15/2.

ANTIPHONALE STRIGONIENSE ANT. ?

Fragm. membr. — f 1 — 370 × 130 mm — unica columna — lineae
exstantes 8 — pars scripta non integra *340 × *130 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/2.

NOTATIO: gothica Germaniae super quinque lineas.

ORNAMENTA: initialis una rubra lineis caeruleo colore per pennam ductis ornata, sed
detruncata.

LIBER TRADENS: Ab 169 (ms): Liber rationum residentiae Kesmarkiensis OPaul;
susceptus sub prioratu r. p. fr. Sigismundi Kulmán. Anno 1715—1729.

POSSESSOR: cf titulum Libri tradentis.

UNA TRADITA: fragm. mss. Germ. et impr. Arab.?

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Commune Evangelistarum

I Vesp. R. [*Simili]tudo vultus anim[alium]*; V. [*Due pen]ne
singulorum*

NOTITIA: Commune Evangelistarum habebatur in Antiphonali Albensi et
Zagrabiensi (Coloc?). Breviarium adhuc sicut et OPraem continet,
Ordinarius vero C. E. Agriensis initio s. 16. praescribit illud.
Strigonienses libri medio aevo exeunte iam non afferunt, nec etiam alii
libri ordinum religiosorum in Hungaria. Si regionem in Hungaria olim
superiore consideras, e. gr. terram Scepus, maxime Antiphonale
quoddam consuetudinem C. E. Agriensis sequens, vel Praemonstraten-
se pensandum erit.

U. Fr. l. m. 249.

s. 15/16.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 395 × 240 mm — unica columna — lineae
exstantes 8 — pars scripta non integra 295 × *178 mm, integra
295 × 185 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/16.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales duae rubrae, sed altera detrita, una nigra; rubricae.

LIBER TRADENS: Ga 640: Coronatio Leopoldi primi . . . Franckfurt 1658.

POSSESSOR: „Ab illustrissima familia C. de Nadasd Váth 1767 — V. Resid. ad S. fonte O. S. B. V. donatus.”

UNA TRADITA: fragm. mss. Germ. inventarium librorum.

PROVENIENTIA: incerta, sed potest esse Hung.

Commune Virginum

R. . . . *adiuvata a Domino . . . era in confessione . . . V. Eructavit*; R. in margine cum ciffris Arab. 14(!) *Regnum mundi*; V. *Eructavit* — Ad Laud. A. *Haec est virgo*

NOTITIA: R. „Regnum mundi” regulariter terminat seriem RR Comm. Virg. in libris Franco-Romanis. Sed quomodo id potest esse (si amanuensis recte posuisset) R. 14? Nec. R. antecedens est saltem apud nos notum. Usus omnes et saeculares et regulares Hungariae perspeximus, insuper et Patavien., Salzburgen. ac Misnen., sed absque fructu.

U. Fr. I. m. 250.

s. 15/16.

ANTIPHONALE MONASTICUM

Fragm. membr. — f 1 — 445 × 300 mm — unica columna — lineae exstantes 7 — pars scripta integra 370 × 235 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/16.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales quinque rubrae et caeruleae lineis adverso colore per pennam ductis ornatae.

LIBER TRADENS: MV 368: Machumetis . . . Alcoran. Basileae 1543.

POSSESSOR: „Caspar Kegl Poson emit . . . Tubingae — Collegy Szécséniani clericorum Budae Catalogo inscriptus Anno 1716. — Sum M. Theodorj”

UNA TRADITA: RMK I 513: Szenczi Molnár A.: Lexicon Latino–Graeco–Hungaricum; RMK II 1239; Kesch Daniel: Verba parentalia in exsequiis . . . Lőcse 1670.; fragm. mss. Breviarii; impr. Germ.: Kalendarium, Psalterium; Horky Martinus: Natürliche Weissagung. Nürnberg; impr. Lat.: Consilium catholicum; De nobilitate et praestantia hominis.

PROVENIENTIA: Hung., cf Una tradita.

Tempore Paschali

Rubr. *Invit. et ad primam tertiam sextam et nonam omni die ut supra in oct. paschae*; Ad III Cap. *Christus resurgens*; (Ad VI) *Christus resurrexit*; Ad IX Cap. *Christus semel*; A. ad Vesp. *Alleluia*; Ps. *In exitu*; Cap. *Christus resurgens*; Rubr. *AA ad Mg per totam hebdomadam: Mitte manum; Quia vidisti me; Misi digitum meum; M[ulta quidem et alia signa]*

NOTITIA: Antiphonale formam monasticam exhibet teste potissimum Ps. 113. „In exitu Israel” primo loco in Vesp. Fer. II posito; cum vero ordinatio textum breviarii Romani sed Curiam antetridentini conformis et materia concomitans impr. Hung. sint, ideo provenientia et originis et usus e Hungaria repetenda est. Liber demum profert antiphonale monasticum Congregationis Hung. OSB, post reformationem ab archiabbate Matheo de Tolna factam.

U. Fr. l. m. 251.

s. 16/ex.

SUPPLEMENTUM AD ANTIPHONALE OPraem

Fragm. membr. — f 1 — 445 × 310 mm, in media parte vacat cca 60 mm — unica columna — lineae exstantes 8 — pars scripta non integra *380 × cca 260 mm — punctatio — TAB. XLII.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 16/ex.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas — veteris formae.

ORNAMENTA: initiales quattuor rubrae et caeruleae alternatim, partim detritae, initiales 16 rubrae simplices.

LIBER TRADENS: Univ. Cod. lat. 119: Antiphonale Romano-Seraphicum de tempore aestivo. [s. 14/2.]

POSSESSOR: Ponium, Conventus Clarissarum.

UNA TRADITA: Fr. l. m. 253. 297.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

De stigmatibus S. Francisci

I Vesp. R. *Mihi absi[t gloriari nisi] in cruce*; V. *Ego enim*; A. *Crucis apparet*

NOTITIA: Responsorium prolixum in Vesp. Festi Stigmatum S. Francisci apud fratres vel sorores ordinis ipsius sancti omnino esset insolitum. Sed canonissae OPraem ex abbatia S. Lamberti in Somlóvásárhely, e periculo Turcarum Ponium transfugae et apud Clarissas ibidem commorantes, officium iuxta ritum proprium persolvendo S. Patrem conventus hospitantis suo modo venerabantur. (Lukcsics: 40) At praetermitti nec hoc debet, quod moniales OPraed de Insula S.

Margaritae Budensi, demum in conventu OPraed Tyrnaviensi domicilium fixerunt unde, rem movente Petro Card. Pázmány, ad Clarissas Posonien. translatae et labentibus annis emortuae sunt. Quod ergo de canonissis diximus, de sororibus Dominicanis quoque dici posset, si aetas scripturae non obstaret.

U. Fr. I. m. 252.

s. 15/2.

CANTUALE INCERTI RITUS

Fragm. membr. — ff 2+2 — ff 1—2 275 × 323 mm, fasciculi primum et ultimum folium; ff 3—4 275 × 320 mm, fasciculi duo intermedia folia — lineae exstantes 6 — pars scripta f 1 non integra 200 × *120 mm, f 2 integra 200 × 140 mm, f 3 non integra 200 × *115 mm, f 4 integra 200 × 140 mm — lineatio.

SCRIPTURA: humanistica textualis formata s. 15/2.

ORNAMENTA: initiales 11 rubrae et caeruleae, lineis adverso colore per pennam ductis ornatae, partim detritae; una rubra.

NOTATIO: quadrata super quattuor lineas.

LIBER TRADENS: Inc. 515: Paulus Venetus: Expositio super universalia Porphyrii et artem veterem Aristotelis. Venezia 1494.

POSSESSOR: „Hic liber emptus fuit per me fratrem Michaellem Archangelum Miscottum Bononia.”

UNA TRADITA: Fragg. impr. Lat.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Ital.

In Natali Domini *inc. ritus (Ital.?)*

f 1 I Noct. R. 3. [*Hodie per totum*] *mundum melliflui* — II. Noct. R. 4. [*Quem vidistis pa]stores dicite . . . collaudantes Dominum*

f 2 R. 9. [*O regem celi, cui*] *talia famulantur* — *Gloria* — *Te Deum*
f 3—4 *Te Deum* — Gr. *Viderunt omnes terrae*; V. *Notum fecit . . . [ante] conspectum gentium revelavit*

NOTITIA: ope unci numeri 19. foliationis ordo quaternionum restitui potuerat, cum vero unum R. fere unum folium excipere suspicetur, fragmentum affert initium et exitum seriei RR Matutini in nocte Natalis cursus eccl. cum 9 RR. Sed adiuncta deberent esse alia quoque, tum ex officio tum ex missis ipsius diei sancti. Quae omnia opinionem adducunt fragmenta haec cuidam parvo volumini cantus ad liturgiam Natalis Domini particulari modo spectantis pertinuisse. Talis porro liber cuidam eccl. Cath. vel Coll. in Italia superiore inserviebat, quae ecclesia in usu habebat ultimo loco R. „O regem coeli” canere singulari, ut fateor, satis modo.

U. Fr. l. m. 253.

s. 14/2.

HYMNARIUM OPraem

Fragm. membr. — ff 1 + 1 + 1 — f 1 500 × 330 mm, f 2 30 × 244, f 3 480 × 320 mm — unica columna — lineae exstantes 11 — pars scripta non integra *430 × *320 mm, integra 450 × 350 mm — punctatio — TAB. XLIII.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.

NOTATIO: Metensis posterior ad modum rhombici, sed raptim facta, super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis unica rubra detruncata.

LIBER TRADENS: Univ. Cod. Lat. 119: Antiphonale Romano-seraphicum de tempore aestivo [s. 14/2.]

UNA TRADITA: Fr. l. m. 251., 297.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

f 1 Dca I in Quadr. *Ex more docti mistico* (Ch 5610); *Summe largitor praemii* (Ch 19716) — Dca de Passione *Vexilla regis prodeunt* (Ch 21481)

f 2 Joh. Bapt. [*Ut queant laxis . . .*] *senserat regem thalamo* (Ch 21039)

f 3 Ladislai reg. *Regis regum civis ave* (Ch 17231) — Petri et Pauli [*Aurea luce . . .*] *lux lucis* (Ch 1597)

NOTITIA: series hymnorum antiquiori usui Praemonstratensium convenit, addito hymno Ladislai regis. Antiphonarius sive Hymnarius hic liber per ultimas canonissas eccl. S. Lamberti OPraem de Somlóvásárhely, apud Clarissas in Posenio refugium quaerentes, Posenium allatus est. (cf Lukcsics: 40.)

U. Fr. l. m. 254.

s. 14/15.

HYMNARIUM OPraed

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 273 × 423 mm, — unica columna — lineae exstantes 15 — pars scripta integra 220 × 163 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Germ.? s. 14/15.

NOTATIO: rhombica Metensis posterior, super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales duae rubrae, duae caeruleae detritae, initiales 15 rubrae simplices; rubricae.

LIBER TRADENS: Vet. 10/19: Geiler von Kaisersberg, Johannes: *Navicula sive speculum fatuorum*. Argentinae 1510.

POSSESSOR: Conventus Sancti Martini de Sancto Monte OSB.

UNA TRADITA: impr. Germ.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.?

f 1 [*Hostis Herodes . . .*] *lumen requirunt* (Ch 8073); *A patre unigenitus* (Ch 14); Ad Vesp. *O lux beata Trinitas* (Ch 13150); Ad Compl. [*Te lucis ante ter]minum* (Ch 20138)

f 2 [*Audi benigne . . .*] *cordium* (Ch 1449); *Christe qui lux es* (Ch 2933); *Summi largitor* (Ch 19716)

NOTITIA: series hymnorum usui OPraed convenit; sed in quo conventu regionis Hung., ubi archicoenobium S. Martini situm est (Jaurinum, Castrum Ferreum), fratribus canentibus inservisset, satis certum non est.

U. Fr. l. m. 255.

s. 15/1.

HYMNARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 397 × 250 mm — unica columna — lineae exstantes 11 — pars scripta non integra *397 × 250 mm, integra cca 410 × 250 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

NOTATIO: rhombica Metensis posterior super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initiales 14 rubrae et caeruleae alternatim; rubricae.

LIBER TRADENS: Ab 124 (ms): *Catalogus Reverendorum Patrum professorum necnon patrum ac rhetorum fratrum theologorum studii Tyrnaviensis . . . Tyrnaviae 1764—1782.*

POSSESSOR: cf titulum Libri tradentis.

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

f 1 *Ave maris stella . . . vitam praesta puram* (Ch 1889) — Michaelis ad Vesp. *Christe sanctorum decus angelorum* (Ch 3000); Ad Laud. *Tibi Christe splendor patris* (Ch 20455) (sed sine nota) — De Omnibus Sanctis ad Vesp. *Christe redemptor omnium conserva* (Ch 2959)

NOTITIA: in quantum e serie hymnorum satis ieiuna non minus trita sequela trahi potest, hymnario Strigoniensi convenientiam non inverosimiliter dicimus.

U. Fr. l. m. 256.

s. 12/ex.

BREVIARIUM NOTATUM STRIGONIENSE ANT.?

Fragm. membr. — f 2 — 146 × 237 et 282 × 82 mm — unica columna — lineae exstantes f 1: 13, f 2: 29 — pars scripta non integra f 1 *110 × 190, f 2 *265 × *45 mm.

SCRIPTURA: minuscula praegothica s. 12/ex.

NOTATIO: neumata in campo aperto.

ORNAMENTA: initiales octo rubrae, partim detruncatae.

LIBER TRADENS: Univ. Cod. Lat. 94.: Nicolaus de Lyra: Glossae in universam bibliam. (Ms. s. 15/m.)

POSSESSOR: „Alumnatus Agriensis Episcopatus sub cura PP. Societatis Iesu.” (s. 17/18.)

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Dca IX pt Trin.

f 1 Dca IX ad Vesp. A. *Benedictus*; Ps. *Ipsium*; Cap. *Fratres, non simus concupiscentes malorum*; R. *Super salutem* (non Strigon. 1484); H. *Deus creator*; V. *Vespertina*; A. *Ego in altissimis* (non Strigon. 1484.); Or. *Pateant aures*; Invit. *Regem magnum*; Ps. *Venite*; Lect. 1.; R. *In principio Deus*

f 1' R. *Initium sapientiae*; (non videtur); R. *Verbum iniquum* V. [*Ne forte*] *faciamus*

NOTITIA: ritus, quem fragmentum nobis monstrat, maxime cum illo eccl. Strigon. concordat, sed, ut suspicor, anterioris formae.

U. Fr. l. m. 257.

s. 12/13.

BREVIARIUM NOTATUM MONASTICUM?

Fragm. membr. — f 1, duo partes folii — 218 × 55 mm — unica columna, orig. binae — lineae exstantes 21 — pars scripta non integra *190 × *42 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica primaeva, ind. Germ.? s. 12/13.

NEUMATA: praegothica Germaniae in campo aperto.

ORNAMENTA: initiales tres rubrae et caeruleae lineis adverso colore per pennam ductis ornatae, una nigra lineis rubro colore per pennam ductis ornata.

LIBER TRADENS: RMK III 69.: Galeotto Martio: De homine libri duo. Basileae 1517.

POSSESSOR: „Collegij Posoniensis Societatis Jesu 1636.”

PROVENIENTIA: liber tradens inter primos Collegio Poson. adscriptos invenitur, quod factum aliquantulum provenientiam Hung. esse suadet.

Fer. II vel III in Hebd. S.

- f 1 e Lect. *Ier* (18,15—16) R. [*Noli esse mihi Domine*] *alienis*; V. *Confundantur [omnes]*; Lect. (Ier 18,17); *Sicut ven[tus urens . . .]*
2 columnae desunt
- f 1' [*Oratio*] . . . *misteriis . . . custodiant . . . Per [Dominum]*; [*Ops s D, qui Christi tui beata passione*] *nos repares* (PL 78, Fer. III pt Palm.) A. [*Scriptum est enim percutia*] *m pastorem et dispergentur oves gregis po[stquam autem] surrexero precedam vos in Gelileam* (PL 78,763.); Lect. I (Ier 21,1)

NOTITIA: usus, sed etiam cursus, cui Breviarium hoc pertinuisset, manet incertus; probabilis tamen videtur esse cursus monasticus, quia ordinatio lectionum nocturnalium in primis feriis hebdomadae sanctae a cursu eccles., qui homilias legebat, discrepat, cui adde, quod A. „Scriptum est enim” in hoc loco (Ad Mg) tantum ex Antiphon. OSB Lucensi nobis innotuit.

U. Fr. l. m. 258.

s. 12/13.

BREVIARIUM NOTATUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 405 × 60 et 405 × 50 mm, deest inter 2 partes 52 mm — binae columnae — lineae exstantes 30 + 34 — pars scripta non integra 355 × *145 mm, integra 355 × 255 mm — punctatio et lineatio — TAB. XLIV.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 12/13.

NOTATIO: praegothica Germaniae super quattuor lineas (linea rubra f).

ORNAMENTA: „V” initialis rubro, caeruleo, viridi coloribus picta et lineis rubro colore per pennam ductis ornata.

LIBER TRADENS: Bd 2^r 168: Decretales. s. l. 1533.

POSSESSOR: ab anno 1941 in Bibl. Univ.

PROVENIENTIA: incerta.

Dcae I—II Sept.

- f 1 A. *Auditu auris*; Inc. Lib. Job; RR *Si bona suscepimus; An[tequam comedam]*; [*Utinam appendentur . . .*] *dolore*; *Quare detraxistis*

NOTITIA: in fragmento extra punctuationem adnotatur manu coeva (scriptoris?) „liber Job Lect. I” ad primam lectionem et „historia Job” ad primum R. Series trium priorum RR OPraem convenit, sed AA maiores de Historia differunt, in quantum erui licuit. Ritus ergo, satis late, Franco-Romanus est dicendus.

U. Fr. l. m. 259.

s. 13/1.

BREVIARIUM NOTATUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 195 × 295 mm — binae columnae — lineae exstantes 18 — pars scripta non integra *170 × 205 mm — punctatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 13/1.

NEUMATA: praegothica Germaniae in campo aperto.

ORNAMENTA: initialis una rubra, duae nigrae; rubricae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta (non Hung.).

De festo S. Crucis

f 1 In II Noct. AA *Crux fidelis; Adoremus te Christe; Ps. Domini est terra; A. Dulce lignum; Ps. Magnus Dominus; A. Adoremus crucis signaculum; Ps. Iubilate Deo; V. Dicite in gentibus; Lect. Itaque gloriosissimus imperator; R. Agnus Dei Christe; Lect. Tunc gloriosissimus*

f 1' R. *Adoremus te Christe; III Noct. A. Tuam crucem adoramus*

NOTITIA: ritus cursui ecclesiastico, seu canonicali et formae Franco-Romanae adscribitur, excluduntur consuetudines OPraem, OPraed, Strigon. et aliae in Hungaria olim cognitae, nec praetermittendum est notare responsoria per initia tantum indicata esse.

U. Fr. l. m. 260.

s. 13/1.

BREVIARIUM NOTATUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 250 × 420 mm, in medio parte 5 mm vacant — unica columna — lineae exstantes 19, orig. 20 — pars scripta integra 185 × 125 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/1.

NOTATIO: neumata Sanctgallensia in campo aperto.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Orig. 807/b: Biblia. Cum glossa ordinaria Walafridi Strabonis aliorumque et interlineari Anselmi Laudunensis. Strassburg, non post 1480.

POSSESSOR: „Ex dono Generosi Domini Joannis Kecskes, Collegii Poseniensis Catalogo inscriptus 1639. — Zacharias Mossonius (= Mosóczy) Philosophiae Baccalaureus, Protonotarius Apostolicus, Comes Palatinus, Iudex Ordinarius Archidiaconus Trenchiniensis, Canonicus Nitriensis Nobilis me possidet et amici [15]67 dies septima Augusti.”

PROVENIENTIA: orig. Germ., usus Hung.

Tempore Adventus

- f 1 Sabb. ante Dcam I in Adv. ad Vesp. Cap. *Deus sanctificet nos*; R. *Ecce dies*; V. *In diebus illis*; H. *Conditor alme*; V. *Rorate*
f 1' Dca I Adv. A. [*Ecce nomen Domini . . .*] *claritas eius*; Or. *Excita Domine*; A. *Missus est angelus*; V. *Ave Maria*; Or. *Deus qui de beate Marie*; A. *Ecce Dominus*
f 2 H. ad Compl. [*Verbum supernum . . .*] *arctemur malis*; (Infra Hebd. I Adv.) *Lectiones de Isaia*; AA *Angelus Domini*; *Hierusalem respice*

NOTITIA: f 1: In adventu Domini Pss feriales, Cap. „Deus pacis”; cum imago galli per pennam delineata m. s. 16/1. codici super addita est, quo sequitur codicem originarium in Hungaria exstitisse, cf etiam possessores. Cursus aut ecclesiasticus aut monasticus, cum certitudine dici nequit. Maiore tamen probabilitate edici potest ritum fragmenti esse alicuius dioecesis Imperii.

U. Fr. I. m. 261.

s. 13/1.

BREVIARIUM NOTATUM STRIGONIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 108 × 212 mm — unica columna — lineae exstantes 8 — pars scripta non integra *58 × 140 mm, integra cca 240 × 140 mm — lineatio — TAB. XLV.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/1.

NEUMATA: Sanctgallensia in campo aperto.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: Vet. 06/5: [Ambrosius S.]: *Opera omnia. Pars 3. Basileae 1506.*

POSSESSOR: „Collegii Societatis Jesu Posony 1708.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus Hung.

Dca Reminiscere Matut.

- f 1 R. 4. *Dum exiret Jacob*; V. *Vere Dominus*
f 1' R. 7. *Oravit Jacob*; V. *Deus in cuius conspectu* — Ev. *Egressus Jesus secessit in partes* (Mt 15,21—28) Hom. Joh. Chrysost.

NOTITIA: series responsoriorum et homilia in fragmento traditae Brev. Strigon. concordant.

U. Fr. I. m. 262.

s. 13/1.

BREVIARIUM NOTATUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi duo intermedia folia — 90 + ? + 87 × 215 mm — unica columna — lineae exstantes 31 — pars scripta non integra *135 × 95 mm, integra 145 × 95 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/1.

NOTATIO: neumata Sanctgallensia in campo aperto.

ORNAMENTA: initiales una viridis lineis rubro colore per pennam ductis ornata, una viridis et rubri coloris, una viridis, 22 rubrae simplices.

LIBER TRADENS: Inc. 867: [Petrus Lombardus]: Sententiarum libri IV. [Strassburg, non post 1468.]

POSSESSOR: „Inscriptus Bibliothecae Pestiensi ord. S. Pauli primi Eremitae Anno 1764.”

PROVENIENTIA: et orig. et usus potest esse Hung.; fragmentum in libro tradenti pro indiculo inserviebat.

Dcae XVI, XVII, XIX pt Trin.

Dca XVI R. 9. *Spem in alium* — Dca XVII R. 1. *Adaperiat Dominus*; R. 2. *Exaudiat Dominus*; R. 3. *Tua est potentia*; R. 4. *Impetum inimicorum ne timueris* — R. 6. *Refulsit sol* — Dca XIX A. *Extende Domine*

NOTITIA: Breviarium notatum hoc in tantum potest usui Strigon. simile esse dici, in quantum historia et series homiliarum — sicut et Strigonii mos habebat — ad invicem respondent. Ast in fragmento nostro ordo responsoriorum a Strigoniensi s. 15/2. differt: Strigon.: 2. „Exaudiat”, 3. „Tua est”, 4. „Refulsit”, 5. „Impetum inimicorum”.

U. Fr. I. m. 263.

s. 13/m.

BREVIARIUM NOTATUM STRIGONIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 90 × 190 mm — binae columnae — lineae exstantes 9 — pars scripta non integra *60 × 165 mm.

SCRIPTURA: gothica primaeva formata s. 13/m.

NOTATIO: neumata Sanctgallensia primaeva in campo aperto.

ORNAMENTA: initiales quattuor rubrae simplices, partim detruncatae; rubricae.

LIBER TRADENS: ignoscitur.

PROVENIENTIA: incerta.

Dca Septuagesima

- f 1 Dca Septuagesima *Presta qs ops D ut semper rationabilia meditant[es]*;
Invit. *Adoremus Dominum qui fecit nos*
f 1' (lectio finitur) *meritis beneficia compenset*; R. *Misit Dominus soporem in Adam* (Strigon. R. 6.)

NOTITIA: ut e paucissimis textuum indiciis erui licet, fragmentum libris Strigon. propinquissimum esse videtur.

U. Fr. l. m. 264.

s. 13/1.

BREVIARIUM NOTATUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. mebr. — f 1 — 415 × 275 mm — binae columnae — lineae exstantes f 1 20, f 1' 40 — pars scripta integra 313 × 213 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/1.

NOTATIO: Metensis super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una rubra et caerulea lineis adverso colore per pennam ductis ornata, 21 nigrae, lineae in rubro duplicatae; rubricae.

LIBER TRADENS: E 21 (ms): Liber astrologicus, divinationem cujusdam familiae in se continens.

POSSESSOR: „Ex libris illustrissimi Domini Emerici Jakussith.”

UNA TRADITA: impr. Lat. medic. Fonsbellaquei 1556.

PROVENIENTIA: non Hung. alioquin incerta.

Hist. de Psalt. tempore Paschali

- f 1 Infra Hebd. II pt Oct. Pasch. V. *Super flumina Babilonis*; R. *Viderunt te*; V. *Illuxerunt*; R. *Alleluia audivimus*; V. *Surge Domine*; R. *Narrabo nomen tuum*; V. *Qui timetis*; R. *Ymnum cantate*; V. *Qui dat saltuem*; R. *In ecclesiis*; V. *Cantate Domino*; R. *Cantate Deo alleluia*; V. *Date gloriam*; R. *Bonum est confiteri*; V. *Ad annuntiandum*; R. *Dicant nunc*; V. *Quos redeunt* — Dca IV pt Pasch. AA *Modicum et non*; *Quid est hoc*; *Amen, amen dico vobis*; *Tristitia inplebit*; *Tristitia vestra* — Per Hebd. Lect. *Si legem perficis regalem* (Iac 2,8–3,6) — Dca IV: *Vado ad eum qui misit me* (Io 7,33); Homil. *Bedae Sicut ex lectione evangelica*

NOTITIA: Breviarium hoc notatum cursus quidem ecclesiastici, ast nec alicui ritui patrio Hung. nec ulli ordinum religiosorum in Hungaria antiqua, sed nec ritui Curiae convenit.

U. Fr. l. m. 265.

s. 13/14.

BREVIARIUM NOTATUM STRIGONIENSE ANT.

Fragm. membr. — ff 1 + 1 — 158 × 200 mm — lineae exstantes 14 — binae columnae — pars scripta non integra *130 × *175 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, ind. Hung. s. 13/14.

NOTATIO: Metensis super quattuor lineas.

ORNAMENTA: initialis una caerulea lineis rubro colore per pennam ductis ornata, una rubra, maiusculae duae vocis incipientis in nigro, lineae in rubro duplicatae; rubricae.

